MARCI AN-TONII ZIMARAE PHI-loſophi ac Medici Famigeratiſ. Quæ-ſtio de primo cognito. Eiuſdemq́;

Solutiones contradictionum in dictis Auerrois. In quibus eam ſoler-tiam internoſces, ut eas ne parua quidem labes contaminet.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGD. APVD IACOBVM GIVNCTAM. M. D. XLII.

Mor.

MARCVS ANTONIVS Zimara Sanctipetrinas & Hydrũtinus, magnifico Marco Antonio Contareno, magnifici domini Caroli filio, felicitatem.

DIV multumq́; dubitaui Contarene iuuenis optime, & in ſtudijs noſtris eminentiſsime, an libellum hũc, quem ſucceſsiuis horis ac tumultuariè ſanè collegeram, ederem, quaſi ſatis ſuperq́; laboratum à nobis eſſet in Auerr. emendando, nec in his quoq; periclitandum nobis eſſet, quũ non parum adhuc ex editione illa ſolicitus ſim. Sed quoniam boni quidam iuuenes & nimium amantes mei, quos inter tu vel præcipuus, cui quippiã à me negari nefas ſit. Cùm me tibi tantum debere profitear, quantum apud domeſticos Petro Bonuſio propræſuli auunculo: qui me ſemper æquè ac filium charũ habuit fouitq́;, cuiq́; non minus quàm parenti meæ animam hanc debere me libens profitear, editionem ſolicitabant, decreui votis veſtris ſatisfacere, & huic me pelago committere. Eſt autem in hoc opuſculo nobis elaboratũ, vt diſcordes Auerrois ſententias, quoadeius fieri potuit, concordes eſſe oſtenderemus, non tamen omnia ſunt à nobis comprehenſa, multaq́; ſunt alienæ induſtriæ vel conſultò à nobis derelicta, vt ſi qui fuerint qui hoc exiſtiment facilius fuiſſe quam fuerit, periclitarentur & ipſi, cognoſcerẽtq́; difficultatem operis, quod omnibus qui æqua lance rem perpendere voluerint, apertiſsimum fore non dubito. Cæterùm ſtultus ego qui mihi obtrectatores dèfuturos quauis ratione credam, in ſumma ſi non his acquieuerint tuum erit, ſi tibi quoq; ita videbitur, defendere, ſin minus reprehendamur. Vale ſemper literatorum memor.

Marci Antonij Zimaræ ſanctipetrinatis & hydruntini Quæſtio de primo cognito. in gymnaſio Patauino publicé examinata.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

QVærebatur in lectionibus noſtris ſuper prologo phyſicę
auſcultationis: vtrum magis vniuerſalia eſſent intelle-
ctui noſtro notiora in ſua prima naturali cognitiõe: quã A
communiter confuſam appellare ſolemus. & videbatur
quod non. Nam neq; hoc eſt in prima operatione intelle
ctus quę eſt formatio: nec in ſecunda quæ eſt fides ſeu diſ
curſus. igitur nullo modo vniuerſale magis eſt notius
minus vniuerſali in tali cognitione conſequẽtia nota. quia iſti duo actus
ſufficienter videntur diuidere omnem actum intellectus: ſicut patet ter-
tio de anima, tex. commen. 26. Antecedens quantum ad primam ſui par-
tem probatur: nam in cognitione incomplexa quæ eſt in prima intelle-
ctus operatione nomina diffinitorum ſunt notiora nobis in cognitio-
ne confuſa. talia autem ſecundum Auer. ibi in commẽto: ſunt ſpecies no
minatæ igitur ſpecies in cognitione prima eſt notior alijs magis vniuer
ſalibus qualia ſunt genera & differentiæ. Nec valet ſi dicatur: vt di-
cit beatus doct. ibi quod diffiniens ad diffinitum dupliciter compa-
rari poteſt. vno modo abſolute. Et iſto modo magis vniuerſalia ſunt
notiora in cognitione confuſa minus vniuerſalibus quæ ſic abſolu-
te conſiderantur. alio modo vniuerſalia magis poſſunt comparari minus
vniuerſalibus: vt ſunt diffinientia ea. Et iſto modo minus vniuerſalia B
ſunt notiora nobis magis vniuerſalibus. Contra. magis vniuerſalia vt
diffinientia ſunt prius nota minus vniuerſalibus: quia diffinitio minus
vniuerſalis haberi non poteſt ignorata diffinitione magis vniuerſalis:
cum diffinitio detur per priora & notiora. ex. 6. topi. Secunda pars ante-
cedentis oſtenditur: nam in ſecundo actu intellectus qui eſt cum cõpoſi-
tione & diſcurſu confuſa magis ſunt nobis notiora per Philoſophum
primo phy. t. cõ. ſecũdi & tertij: vbi dicit, ꝙ prima noſtra cognitio natu
ralis procedit a notioribus nobis quæ ſunt confuſa magis. illa aũt quæ
ſunt cõfuſa magis ſunt ipſa cõpoſita cauſata ex elementis: ſicut exponit
Commentator ibi in cõ. 3. per talia aũt intellexit ipſas ſpecies: & nõ ſin-
gularia: quia talia nõ ingrediunt formaliter ſyllogiſmũ demõſtratiuum:
ergo etiã in cognitione prima habita per diſcurſum minus vniuerſalia
ſunt notiora magis vniuerſalibus. igitur. Abſolute cõcedendũ eſt minus
vniuerſalia in prima cognitiõe noſtra naturali eſſe notiora: cũ prima no-
ſtra naturalis cognitio aut complexa: aut incomplexa ſit: & in vtraq; ꝓ-
batũ fuit propoſitum noſtrum. Ad oppoſitum dicitur eſſe Ariſto. &
Commẽta. primo phy. tex. commenti. 4. Et in infinitis alijs locis.

In iſta quæſtione difficillima ita procedam: primo exponam titulum
quæſtionis: ſecundo ponam opiniones famoſas in hac materia: & poſtre
mo ponam opinionem quam credo veram eſſe.

DEBES ſcire qđ vniuerſale dupliciter ſumi poteſt: vel formaliter C
vel fundamentaliter. formaliter dicit vniuerſalitatem ipſam quæ eſt

ſecunda intentio & eſt accidens a ratione cauſarum. fundamentaliter autem eſt prima intentio: & prima rei notio. Iſta diſtinctio colligitur de intentione Auerrois, ſeptimo metaphy. commento. 46. vbi habet q᷑ vniuerſalia habent aliquam diſpoſitionem diſpoſitionum ſubſtātialium: & qualitatem accidentem eis. Vniuerſale autem pro prima intentione ſum-

D ptum adhuc dupliciter conſueuit ſumi. vno modo pro vniuerſali in cauſando: & ſic conſueuimus deum & intelligentias vniuerſalia nuncupare: & ipſo modo ſumpſit philoſoph⁹ vniuerſale in prooemio ſuæ metaphyſicæ dum dixit. vniuerſalia ſunt difficillima ad cognoſcendum cum ſint a ſenſibus remotiſsima. Alio modo ſumitur vniuerſale in prædicando: & eſt illud quod aptum natum eſt de pluribus prædicari. Et ſic ſumpſit vniuerſale Philoſophus in primo periher. & in. 7. me. tex. com. 45. &. 57. in hac igitur quæſtione nō loquimur de vniuerſali primo ſecunda intentione, ſed de vniuerſali primo prima intentione. & adhuc de iſto non loquimur: vt ſupponit pro vniuerſali in cauſando: quia de hoc conuenerunt omnes peripatetici: q᷑ eſt poſterius cognitum a nobis: loquimur igitur de vniuerſali primo prima intentione: vt ſupponit pro vni-

E uerſali in prædicando: ſicut eſt animal & homo & huiuſmodi. Secundo debes intelligere quod cognitio in nobis duplex eſt. quædam eſt quę procedit a nobis magis notis qualia ſunt effectus vt in pluribus: & ipſa accidentia: & iſta cognitio appellatur ab Auer. prima cognitio naturalis: nam cum intellectus noſter naturaliter intelligat concurrentibus phātaſmatibus. 3. de anima. t. com. 39. Illa igitur appellatur prima hominis naturalis cognitio quæ ortum habet immediate a rebus magis phantaſiatis: qualia ſunt effectus & ipſa accidentia: & iſta a latinis dicitur cognitio confuſa & indiſtincta. & talis ſi fuerit complexa habetur demonſtratione ſigni vel aliqua via conſimili. ſi incomplexa habetur per diffinitionem quod nominis vel per aliquid illi ſimile. & eſt quādo homo cognoſcit aliquid ſolum quo ad quid nominis. Alia vero eſt cognitio diſtincta. & iſta procedit a cauſis & a rebus naturæ prioribus & notioribus: & iſta habetur per diffinitionem quid rei: ſi incomplexa fuerit: vel per demonſtrationem a priori ſi fuerit complexa: præcipue autem mouetur quæſtio de cognitione confuſa incomplexa. Licet etiam de complexa dicemus illud quod nobis apparet: hæc de primo.

F Quantum ad ſecundum principale inuenio Burleum & Gregorium ariminenſem: quem nominales præcipuum habēt qui in primo ſententiarum diſtinctione tertia. quæſtione tertia. articu. ſecundo tenet, quod ſingulare eſt primo cognitum in cognitione confuſa ſiue complexa, ſiue incomplexa fuerit: motus varijs argumentis & rationibus: ſupponit autem in primis vnum de intentione Commenta. quod vniuerſale non eſt aliquid extra animam exiſtens: ſed eſt conceptus fictus ſeu formatus per animam communis pluribus de quibus prædicatur: quo ſuppoſito ſtante probat propoſitum ſuum ſic: antequam vniuerſale formetur ſeu fingatur ab intellectu aliquod ſingulare eſt cognitum, igitur ſingulare eſt primo cognitum ab intellectu: conſequentia eſt manifeſta: & antecedens probatur ab ipſo: quia impoſsibile eſt vt dicit abſtrahere & fingere aliquem conceptum ab aliquibus rebus: niſi illæ res vel aliquæ earum ſint apprehenſæ: quoniam de rebus omnino

omnino ignotis nullus conceptus omnino formari poteſt:nec valet ſi di-
catur ad hoc quod tale a quo fit abſtractio ſit prius notum quo ad ſen-
ſum:nō autem quo ad intellectum:nam hoc directe contradicit Ariſto.
&ſuo Commenta.in.12.meta.commēto.4.vbi habet vniuerſalia apud
Ariſtote.ſunt collecta ex particularibus in intellectu qui accipit inter ea
conſimilitudinem:& facit ea vnam intentionem.Nec eſt imaginabile:v[illegible]
dicit,quod vna virtus comprehendat ſingularia & conuenientiam eo-
rum.& alia formet ipſum vniuerſale.nam hoc eſſet ſimile ac ſi vnus ho-
mo apprehendat ſingularia:& alter homo apprehendat vniuerſale quod
eſt abſurdum:& pro hoc videtur facere ſententia Philoſophi in ſecūdo G
de anima.in tex.commen.146.vbi conſimili medio arguit de ſenſu com
muni.habet enim quod virtus apprehendens conuenientiam & differen-
tiam inter aliqua eadem comprehendit illa ſub rationibus proprijs quæ
adinuicem conueniunt & differūt.& confirmatur adhuc iſta poſitio au-
ctoritate Auer. primo phy.commento.5.vbi habet.quod & ſi ſingulare
non ſit principium in ſcientia demonſtratiua:eſt tamē principium acqui
ſitionis vniuerſalis:quod eſt principium doctrinæ demonſtratiuæ.Sicut
dicit etiam Philoſophus in calce ſecundi poſteriorum. Præterea ad
principale arguitur ſic.primo cognitum ab intellectu non eſt aliquid ab
intellectu fabricatum.vniuerſale eſt huiuſmodi per ſuppoſitum:ergo vni
uerſale non eſt primo cognitum ab intellectu:relinquitur ergo quod ſin
gulare ſit primo cognitum:diſcurſus notus cum minori:& maior pro-
batur:nam intelligibile intellectionem natura præcedit:ſicut cauſa præ-
cedit effectum:minor patet ex ſuppoſito:vt diximus: & eſt etiam ipſius
Auer.in primo de anima.commē.8.vbi habet, quod intellectus eſt qui
facit vniuerſalitatem in rebus. Tertio principaliter & iſtud argumen H
tum etiam eſt Burlei in prologo primi phy.ſi vniuerſale eſſet primo co-
gnitum ab intellectu tale non poſſet conferre ad intellectionem ſingula-
rium:quia cum illud abſtractum ſit a ſingularibus mediante illo non de-
uenimus ad cognitionem vnius ſingularis potius quam ad cognitionem
alterius:aut ergo per illud deueniemus ad cognitionem omnium: aut ad
cognitionem nullius:quorum vtrumq; abſurdum eſt. Amplius nul- I
lus imponit nomen rei quam ignorat per Philoſophum.4. meta. text.
com.x.Et per Auer.7.meta.text.commento.54.Sed intellectus impo-
nit nomina primo ſingularibus:ergo illa ſunt ſibi primo nota.Nec valet
ſi dicatur quod ſingulare non cognoſcitur ab intellectu: quia vt di-
cunt: intellectus ponit conuenientiam & differentiam in ſingulare &
vniuerſale:intellectus in inductione procedit a ſingularibus ad vniuer-
ſalia:& cum procedat ex præexiſtente cognitione ſequitur ipſum ſin-
gulare cognoſcere:ſimiliter intellectus format iſtam propoſitionē: Sor-
tes eſt homo:Sortes eſt animal:ergo oportet ipſum extrema præcogno
ſcere.Hæc & alia conſimilia dicunt in hac materia ſuſtinentes ſingula-
re eſſe primo cognitum ab intellectu in prima cognitione quæ con-
fuſa dicitur.

QVicquid ſit ex parte rei de iſta opinione: mihi tamen videtur L
ſalua reuerentia taliter ſentientium . quod iſta opinio non eſt
ex intentione Ariſtot.& ſui Commen.Auer.Nam ſicut ſcri-
bit Commenta.3.de anima,commento.36.ex ſententia Auem-

pace:quiditas in intellectu nõ habet formam corporalem neq́ ſpiritua/lem:cui ſuſtentatur:cũ intellectum (vt declaratum eſt) nõ ſit indiuiduũ. (Vnde ſicut mea fert opinio.) ſententia peripatheticorũ fuit ꝙ intellectio ſingularis materialis repugnat intellectui: vt intellectus eſt nõ quatenus ſingulare:ſed quatenus materiale eſt:vnde Commẽ.in com. ſuper li. de diuinatiõe, inquit, ꝙ declaratũ eſt in prima philoſophia.quod intelligentiæ non intelligunt,niſi naturas vniuerſales: & nõ dant niſi ſimi le eius quod habent. Impoſsibile eſt:vt dent intentionem indiuidualem omnino cum non habeant naturam comprehendentem: particularẽ intentionem: & illæ formæ non indiuiduantur niſi per materiam. Et ſi intelligentiæ abſtractæ comprehenderent indiuiduum: tunc neceſſario eſſent materiales.hæc Commentator.vnde ſi alicui intellectui competit cognoſcere ſingulare:hoc nõ eſt inquãtũ intellect⁹ eſt:quia vt ſic vniuerſaliter habet cognoſcere. ſic eñ ponit differẽtia inter receptionẽ materiæ:& inter receptionẽ intellectus. ſicut patet.3.de anima. cõmen.5. & 28.nam materia eſt cauſa receptionis ſignatæ:intellectus autem eſt cauſa receptionis abſtractæ:ſi ergo hoc alicui intellectui competet:hoc erit inquantum materialis,id eſt,inquantum a materia in operando aliquo modo dependet.Et ſic eſt de intellectu noſtro poſsibili:qui cum ſit infimus in genere abſtractorum.3.de anima.commẽ.19. accidit ſibi inquantum intellectus eſt ipſum talem habere habitudinem ad hominem:quod vt ſic ſine phantaſmate non poſſit intelligere:aut homo per ipſum.Niſi igitur intellectus noſter coniunctus eſſet phantaſiæ & continuo & corpori:nullo pacto poſſet ſingulare cognoſcere. Et ideo fuit maxima diſcholia inter antiquos qualiter. & quomodo intellectus iſte ſingulare cognoſcat.nullus autem ex antiquis dixit,ſingulare eſſe primo cognitum:cũ dubiũ ſit apud ipſos an cognoſci queat ab intellectu: & de modo cognitionis ei⁹.& ideo opinio iſta nõ videt Ariſtotelica nec ratiões iſti⁹ opinionis cogũt. Ad primũ dico admittendo ſuppoſitũ ad iſtum

M

Solutiõ rationũ Gregorij arimi/nenſis.

intellectũ,videlicet ꝙ vniuerſale non eſt aliquid extra animã diſtinctũ a ſingulari:ſed eſt aliquid cauſatũ ab intellectu agẽte vna cũ phãtaſmate & tũc dico ꝙ cũ intellectus agẽs ſit qui faciat vniuerſalitatẽ in rebus. primo de anima.cõ.8.vbi dicit ꝙ intellect⁹ eſt q facit vniuerſalitatẽ in reb⁹.iſte aũt intellect⁹ faciẽs apud ipm agẽs itellect⁹ eſt:nã ſi licet nobis Auer.exponere p Auer.inueniem⁹ hoc qđ diximꝰ.ipſe eñ.3.de aĩa,cõ. 18.habet qđ intellect⁹ agẽs eſt q trãsfert res de ordine in ordinẽ.& facit de potentia intelligẽtis actu intelligẽtia:ſed iſte intellect⁹ in abſtrahẽdo non cognoſcit ſingularia a quibus abſtrahit. ſicut enim ſcribit Cõme. 3.de anima.com.19.& ante ipſum Themi.3.de anima.ſuper expoſitione text. commen. 35. Talis intellectus non cognoſcit aliquid eorum quæ ſunt hic: tale autem vniuerſale abſtractum ab intellectu agente eſt illud quod immediate mouet intellectum poſsibilem: quia materiale immediate agere non poteſt in immateriale.vnde Commenta.3.de anima.commen.5.&.18. habet quod intentiones imaginatæ non poſſunt mouere actu intellectum:niſi poſtquã fuerint actu intellectæ. non fiunt autem actu intellectæ:niſi per intellectum agentem:qui operatur in hoc: ſicut agens naturale. Abſtrahit enim vniuerſale a ſingulari:& nõ cognoſcit ſingulare materiale a quo abſtrahit ; ſicut ignis comburit lignũ: & neſcit

neſcit ſe cōburere illud. Et quia Gregorius credidit tale vniuerſale fie-
ri ab intellectu poſsibili:hinc eſt, qđ grauiter decipitur ni fallor. Et N
ſic formaliter ad argumentū dico:qđ ſtat intellectū poſsibilē primo co-
gnoſcere vniuerſale:quod vniuerſale eſt ab intellectu agente abſtrahen-
te naturā a ſingularitate ſine cognitione::ſed mere naturaliter. Et ideo
ſi argumentū aliquid probaret maxime probaret ſingulare eſſe primo co
gnitū ab intellectu agente:quia ille eſt qui abſtrahit, nullus autem dixit
hoc:nam iudiciū eſt in capitulo perfectionis iudicis ſecundū Auer.3.de
anima cōmēto.19. Talis autē iudex cognoſcens & diſcernens eſt intelle-
ctus poſsibilis,& nō intellectus agens in cognitiōe iſta quæ cōmuniter
nobis ſolet cōtingere. Ad auctoritatē Cōmēta.in.12.meta.commē.4. O
Reſpōdetur qđ ibi loquitur de vniuerſali pro formali:qđ eſt ſecūda in
tentio,& ideo nō eſt ad propoſitū,:pro quo debes ſcire qđ vniuerſale
duo importat:materiale & formale:materiale eſt eſſe in multis: formale
autē eſt dici de multis,& quo ad iſtud ſicut mihi videtur cauſatur ab in-
tellectu poſsibili taliter cōparante vnū obiectū cognitū ad ſ aliud obie-
ctū cognitū:vnde ex ſimilitudine quā accipit intellectus inter ſingularia
cauſat vniuerſale:qđ eſt ſecūda intentio. Et eſt quo ad id qđ eſt dici de
pluribus:dicat Ioan.de gandauo,& alij moderni quicquid velint:dico
vniuerſale pro formali ſuo ab intellectu poſsibili cauſari,& nō ab intel-
lectu agente:quia intellectus agens nō cognoſcit ſingularia:quę ſunt hic
ſecundū Commen.modo vniuerſale pro ſecunda intentione cauſatur ex
ſingularium cognitione:ideo non poteſt ab intellectu agente cognoſci, P
& per conſequens neq; cauſari. Nota tamen quod licet intellectus poſ-
ſibilis prius cognoſcat ſingularia:ex quorū ſimilitudine cauſat vniuerſa
le pro ſecunda intentione:non tamen ea cognoſcat:niſi mediante ſenſu,
& vt eſt phantaſie coniunctus,ſicut patet tertio de anima, commen.9.
Sed loquendo de vniuerſali primo prima intentione bene pono illud ab
intellectu agente cauſari,& illud primo innoteſcit intellectui poſsibili
quam ſingulare,& quando dicebatur quod impoſsibile eſt quod ſingu
lare cognoſcatur ab vna potentia,& vniuerſale ſit cauſatum ab alia ſi-
cut quod vnus faciat antecedens,& alius cōſequens. Reſpondetur quod
ſi loquamur de vniuerſali pro ſecunda intentione cauſatur ab intelle-
ctu poſsibili cognoſcere ſingularia:ex quorum ſimilitudine comparata
cauſat tale vniuerſale & ſingularia illa innoteſcunt ſibi mediante ſen-
ſu. In cognitione autem vniuerſalis pro prima intentione ſi loquamur
de vniuerſali incomplexo tale cauſatur ab intellectu agente:quia ille eſt
qui transfertur res de ordine in ordinem. Et facit de potentia intelligen-
tis actu intellecta,& ille in cauſando non cognoſcit ſingularia:a quibus
abſtrahit,talis enim actio procedit ab ipſo per modum naturæ. De vni-
uerſali autem complexo videtur Themiſt. & multi magnæ auctori- Q
tatis viri:quod non inconuenit quod in inductione pręmiſſæ ſint cogni-
tæ a virtute cogitatiua,& concluſio fiat ab intellectu poſsibili propter
eſſentialem ordinem exiſtentem inter iſtas virtutes::quæ ita ſe habent:
quod quando vna ipſarum exit ad actum:alia etiam per concomitantiā
eſt etiam in actu, vnde Philoſophus in libro de memoria & remini-
ſcentia dixit:quod quando intellectus intelligit quantum in vniuerſali
potentia ſenſitiua aliquod quantum in particulari contemplatur, vnde

hic ſunt verba The.ſuper ſecũdo poſte.ca.36. Porro huius inductionis:
in qua ſenſus vicẽ obtinet ſumptorũ:vniuerſale cõclusionis:nõ ſtatim a
ſumptis ſequitur cõcluſio.Nec paruo tẽpore abſoluitur:ſed inter ſum/
pta,& cõcluſionẽ aliquãta vis incidit temporis. Nam ſumpta illico in/
R cipit afformare ſenſus:ſed cum proceſsit admodum ac diu exercitus eſt.
Tamen ea vis animi quæ intellectus nominatur cõcluſionẽ ipſam ſub/
iungit.In hoc autẽ opus eſt ętate & viſu multo:quia quod effuſum ſpar/
ſumq́ eſt:niſi ſpacio tẽporis cogi,& in vnũ conferri nõ poteſt.Hoc etiã
videtur ſentire Auer.in cõmen.ſuo ſuper libro de diuinatione: vbi vo/
lens declarare modũ quo ſomnia vera cauſentur in nobis ab intelligen
tia dixit:quod intelligẽtia dat intentiones vniuerſales & imaginatiua re
cipit eas particulares:quẽadmodũ medicus enunciat quod accidit corpo
ri fortis,& eius animæ in aliquo tẽpore terminato per duas propoſitio/
nes:quarum vna eſt vniuerſalis intelligibilis.Et alia particularis ſenſi/
bilis,& hæc videtur eſſe intentio eius in illo loco:ſi cõſiderentur bene
verba eius.Hoc idem videtur fuiſſe de intentione philoſophi in primo
poſte.in tex.com.33.vbi oſtendit quod deficiente aliquo ſenſu a natiui/
tate impoſsibile eſt ſcientiã illius ſenſibilis in intellectu gigni. Siquidẽ
addiſcimus:aut per demonſtrationẽ:aut per inductionem, inductio autẽ
eſt de his:quæ particularia ſunt:demonſtratio autẽ de vniuerſalibus:im/
poſsibile eſt autẽ vniuerſalia ſpeculari:niſi per inductionẽ. Inducere au/
Senſus. tem non habentes ſenſum impoſsibile eſt,ſingularium enim ſenſus eſt:
non enim cõtingit accipere ipſorum ſcientiam,neq́ enim ex vniuerſali
bus eſt ſine inductione.Neq́ per inductionẽ ſine ſenſu. Et propter hoc
dixit ipſe in ſecũdo phyſi.tex.cõ.6.quod cęcus de coloribus diſputans
de nominibus ſolis rationem habebit nihil tamen intelliget.Et ideo ca/
ueant qui tenent de intentione philoſophi: cęcum a natiuitate poſſe ha/
bere ſcientiã:nõ per inuentionem:ſed per doctrinam. Immo ſentẽtiã ſua
S fuit:nullomodo ſcientiam in eo cauſari poſſe.Et ſi tu queras quomodo
eſt hoc poſsibile quod in vno diſcurſu præmiſſæ fiãt ab vna virtute,&
concluſio ab alia virtute,diceretur quod hoc nõ debet videri alicui mi/
rabile:nam ſicut eſt in magno mundo:videmus quod ex omnibus cor/
poribus cæleſtibus,& ex omnibus ſuis motoribus fit vnum animal ma
gnum:ita quod ex eis fit vnus actus ſicut ſcribit Commen.ſecundo cæli
Homo. commẽ.42.& ſecundo capi.de ſubſtãtia orbis,&.12.meta.44.com.&
in libro deſtructio deſtructionũ in diſputatione.3.in ſolutione.18.dubij.
Sic dicimus in homine qui eſt microcoſmos,id eſt,paruus mundus: con
tingere poſſe quod propter eſſentialem ordinem, & colligationẽ intelle
ctus cum cogitatiua virtute fuit hoc q̃ ad vnam operationẽ concurrãt
T ambæ ſecundũ diuerſas rationes.Et cum illud quod adducitur a Gre/
gorio ariminenſi tanquã impoſsibile videtur eſſe neceſſariũ, & quando
dicebat quod hoc eſſet ac ſi vnus homo faceret antecedẽs & alter cõſe/
quẽs.Reſpondetur negãdo ſimilitudinẽ:quia non eſt ordo eſſentialis in
intelligẽdo vnius hominis reſpectu alterius: ſicut eſt de ſenſu interiori
reſpectu intellectus.Et licet iſta opinio videatur noua:tamẽ videtur eſſe
antiqua ſatis ſicut vides.Aut aliter poteſt dici quod in cognitione cõple
xa vniuerſalis quæ per inductionẽ habetur eadẽ virtus ſcilicet intellect⁹
poſsibilis eſt qui format præmiſſas & concluſiones: quia ſecundũ phi/
loſophum

loſophum ſecundo de anima.tex.cō.146.videtur velle eandem virtutē eſſe quæ cognoſcit extrema & medium in quo conueniunt. Et tunc diceretur ſecundū illam viam nō eſſe inconueniens incomplexa cognitione ſingularia prius intellectui innoteſcere quā vniuerſalia, tamē iſta ſingularia cognoſcuntur ab intellectu poſsibili:vt reflectitur & vnitur phātaſiæ virtuti:nō vt intellectus præciſe & in ſe conſideratur. Et ſi iſta via V
teneretur poſſent gloſſari omnes auctoritates, & Themiſtij, & Auer. & Ariſtote. quæ ſonare videntur præmiſſas in inductione cauſari a virtute ſenſitiua interiori, & concluſionem ab intellectu iſto modo, nā pro quāto vniuerſalis cōcluſio nō poteſt ſequi ex vna ſingulari præcipue in materia probabili & in materia quæ eſt in his quæ vt in pluribus contingunt:neceſſariū eſt virtutē experimentatiuā:quæ eſt cogitatiua maxime verſatam eſſe in cognitione ſingulariū:ex quibus tandē intellectus vniuerſalē cōcluſionē deducit. Iſtud igitur experimentū ſenſitiuę partis eſt quo habito intellectus ipſe ſingulares illas pręmiſſas iam diu per cogitatiuam virtutē notas adinuicē cōponit:quibus ſic compoſitis ipſe cōcluſionē etiā infert. Diſcurſus iſte igitur a præmiſsis ad cōcluſionē vniuerſalē per inductionē oſtenſam ab intellectu poſsibili ſit tam quo ad præmiſſas quā quo ad concluſionē:ſed quia ad diſcurrēdū:iſto modo intellectus poſsibilis motus fuit a cogitatiua virtute:in qua iſta cognitio ſingulariū præexiſtebat:pro quāto igitur cogitatiua virtus occaſio fuit intellectui ad diſcurrēdū a talibus præmiſsis præcognitis diu ante ab ipſa quā ab ipſo intellectu, pro tanto dixit The. & Cōmen. inductionis antecedens formari a virtute ſenſitiua interiori:cōcluſionē autem ab intellectu. Et iſta via eſt magis vera vt mihi videtur:ſicut etiā infra dicā: quicquid tamen ſit de hoc, dico quod nos loquimur de cognitione incōplexa quādo quærimus quid ſit primo cognitū in tali cognitione confuſa.

Ad tertiū argumentū Gregorij reſpondetur diſtinguendo illam dum dixit illud quod primo cognoſcitur ab intellectu nō cauſatur ab intellectu:quia ſi hoc referatur ad vnum, & eundem intellectū: puta poſsibilē X
tantum vera eſt:quia quælibet potentia receptiua præſupponit obiectū ſuum a quo mouetur primo. Et ſic cum ego teneam vniuerſale pro prima intentione eſſe primo cognitum ab intellectu poſsibili:dico illud nō eſſe cauſatum:vt ſic ab intellectu poſsibili:ſed ab intellectu agente:intētiones enim imaginatę ſicut ſcribit Commentator.3.de anima.commen. 5. & commen.18. non poſſunt mouere intellectum poſsibilem:niſi poſtquā fuerint actu intellectæ, non ſunt autem neq; fiunt actu intellectæ ſecundum ipſum:niſi per intellectum agentem transferentem eas de ordine in ordinem pro quanto de eſſe materiali & ſignato trāſfert eas ad ordinem immaterialium & vniuerſalium. Alio modo hoc poteſt referri ad diuerſos intellectus, ſcilicet quod illud quod primo cognoſcitur ab intellectu non cauſatur ab intellectu:ſiue ille ſit poſsibilis ſiue ille ſit agens, & ſic negatur. Immo dico quod iſta duo ſtant ſimul: quod intellectus poſsibilis cognoſcat & iudicet illud quod ab intellectu agente productum eſt, iudicium enim ſicut ſcribit Auerro.3.de anima, commē.19. eſt in cap. perfectionis iudicis. Actio autem non eſt ſecundum illum modum in capi. perfectionis agentis. Et hoc non dixiſſet Commen. niſi tenuiſſet alium eſſe intellectum diſtinguentem & cognoſcentem, & alium

intellectum vniuerſale producentem. Illud igitur quod fecit iſtum hominem errare (ſi ita licet loqui de tanto viro) fuit: quia credidit quodlibet vniuerſale cauſari ab intellectu poſsibili: ſed non eſt verum. Licet enim vniuerſale: vt eſt ſecunda intentio: cauſetur ex actu collatiuo intellectus poſsibilis comparantis vnum obiectum cognitum ad aliud obiectum cognitum: non tamen vniuerſale prout eſt prima intentio ab intellectu
Y poſsibili cauſatur: ſed ab intellectu agente vna cum phantaſmate. Ad tertium principale quod eſt Burlei reſpondetur, quod vniuerſale primo cognoſcitur & directe ab intellectu: ſed ſingulare non cognoſcitur: niſi reflexe & mediante ſenſu, ſicut ſcribit Commen. tertio de anima. commen. 9. vbi dicit q' ſi vniuerſale & ſingulare ita ſe habeant: quod vtrumque per ſe & ſolitarie conſideretur. Tunc vniuerſale per ſe ab intellectu cognoſcitur: ſingulare autem a ſenſu: ſed ſi iſta adinuicem comparentur cognoſcuntur ab vna & eadem virtute ſecundum diuerſas habitudines ſe habente, puta quando comparantur quo ad conuenientiam & differentiam: vnde intellectus eſt ille qui cognoſcit conuenientiam & differentiam inter ſingulare & vniuerſale: ſed diuerſis modis: quia vniuerſale per ſe cognoſcit ſub ratione ſcilicet qua intellectus eſt, & ſingulare cognoſcit mediante ſenſu: hoc eſt inquantum conſideratur: vt eſt phantaſiæ & tempori colligatus: nam vt ipſe dicit ibidem: illud quod cognoſcit alietatem inter duo: neceſſe eſt vt ſit vnum vno modo, & multa alio modo. Vnde hæc ſunt verba Auerro. ibi cum fuerit declaratum quod ſenſibilia diuiduntur in duplex eſſe, ſcilicet in hoc ſingulare & in ſuam formam: neceſſe eſt vt virtus experimentatiua, id eſt, comprehenſiua comprehendat eam: aut per duas virtutes: aut per vnam: ſed duabus diſpoſitionibus diuerſis. Cum duabus autem virtutibus erit quando vtrumque comprehenderit per ſe: ſcilicet indiuiduum ſingulariter & formam ſingulariter. Per vnam vero virtutem & diſpoſitionem diuerſam erit quando comprehenderit alietatem quæ eſt inter has duas intentiones: quod enim comprehendit alietatem inter duo neceſſe eſt: vt declaratum eſt, ſcilicet in ſecundo de anima tex. commen. 146. vt ſit vnum vno modo, & multa alio modo. Et iſta eſt diſpoſitio intellectus in intelligendo alietatem quæ eſt inter formam & indiuiduum. Comprehendit enim formam per ſe, & indiuiduum mediante ſenſu, hoc eſt dictu, intellectus quatenus intellectus vniuerſalis eſt comprehenſiuus: ſed quatenus ſenſui colligatus eſt etiam ſingularis comprehenſiuus pro quanto igitur intellectus conuertit ſe ad phantaſma, ſingulare cognoſcit. Et ſi quæratur quomodo intellectus deuenit ad cognitionem talis ſingularis per tale phantaſma: aut tanquam per aliquid notum: aut tanquam per ignotum, ſi primum cum phantaſma ſit quid ſingulare: ergo ſequitur quod prius ſingulare cognoſcatur quam vniuerſale, ſi ſecundum hoc eſt inconueniens: quia per ignotum nihil ſcitur, primum argumentum ſtat adhuc in ſuo vigore, quod ſi intellectus primo cognoſcit vniuerſale quam ſingulare: tunc ergo non magis deueniet in cognitionem vnius ſingularis quam alterius: aut igitur omnia ſingularia ſimul cognoſcet: aut nullum: quod videtur abſurdum
A ſatis & inconueniens. Ad hoc reſpondetur quod & ſi intellectus cognoſcit ſingulare mediante phantaſmate: non eſt neceſſarium, phantaſma

taſma illud intellectui prius notum eſſe. Et ſi arguatur contra. propter
quod vnumquodq; tale:& illud magis. 1.poſte.&.2.met.text.com.4.
Cum igitur ſingulare cognoſcatur ab intellectu mediante phantaſmate.
ergo phantaſma magis intelligetur. Soluitur. propoſitio illa famoſa ſic
limitatur a nobis in limitationibus noſtris:quando eſt aliqua diſpoſi-
tio quæ denominat cauſam & cauſatum:& in cauſato reperitur propter
cauſam:magis tunc cauſæ quā cauſato attribuitur denominatio illius
diſpoſitionis.Et hoc eſt verum in omni genere cauſæ: quicquid dicant
latini ſuper hoc:modo ſi argumētum tuum debet valere: deberes ſic ar-
gumentari.ſingulare intelligitur:& phantaſma intelligitur:& ſingulare
intelligitur propter phantaſma:ergo phantaſma magis intelligitur. Ta-
men illa negatur quod phantaſma intelligatur. In hoc caſu & pro illo
inſtanti.ideo non valet:vnde ſicut in viſu obiectū videtur mediante ſpe
cie viſibili:non tamen ſequitur ſpeciem illā magis videri:ſic dico in iſto
caſu. Ad aliud dicūt aliqui quod intellectus magis deuenit ad cogni- B
tionem vnius ſingularis quam ad cognitionem alterius: pro quanto for
tius mouetur a phantaſmate vnius quam a phantaſmate alterius:mihi ta
men videtur ſaluo ſemper meliori iudicio.quod differentia illa quā in-
tellectus facit inter vniuerſale & ſingulare: quod tale ſingulare non ſit
ſingulare aliquod ſignatum:ſed eſt ſingulare aliquod vagum ſtans ſub
vniuerſalitate particularizatum.vnde ego video Philoſophum in libr. C
priorum.vbi docet ſyllogizare ex præmiſsis vniuerſaliter & abſolute:
& diffinit vniuerſalem:particularem:& indefinitam propoſitiones nul-
lam de ſingulari mentionem faciens.video ipſum in prædicamentis vbi
de prima ſubſtantia loquitur ſemper exemplificare de indiuiduo vago:
vt de aliquo homine: & aliquo boue. Et hoc non fuiſſet : niſi vidiſſet
quod cum ſyllogizare ſit actus intellectus.Et quia intellectus noſter ſin
gulare iſtud ſignatum:vt ſignatum eſt:non poteſt cognoſcere: cum mo-
dus ſibi proprius cognoſcendi ſit huic ex toto oppoſitus. videtur mihi
quod ſi intellectus noſter intelligit ſingulare quod hoc eſt in ordine ad
vniuerſale quo ad conuenientiam & differentiam: & quo ad vniuerſa-
litatem: cui ſupponitur tanquā pars. Et hoc ſicut videtur mihi : eſt de
intentione Commen. tertio de anima, commen.10. Si bene conſideren-
tur verba eius:& ſtante hoc fundamento ſoluitur argumentum Burlei:
quia ipſe imaginatur intellectum deduci ad cognitionem ſingularis ſi-
gnati:vt ſignatum eſt:& hoc fuit negatum. Ad alia quæ adduceban-
tur ad probandum ſingulare per ſe cognoſci ab intellectu : quia im-
ponit ſibi nomen. & quia format propoſitionem iſtam ſortes eſt ho-
mo: & huiuſmodi vnica reſponſione dicitur quod ſortes vt eſt ſup-
poſitum hominis: cognoſcitur ab intellectu : & vt habitudinem ha-
bet ad ipſum vniuerſale : ſub quo cognoſcitur : non autem inquantum
ſortes dicit mihi indiuiduum ſignatum loco & tempore. quia vt ſic a
ſenſu cognoſcitur.Et ideo dixit Commen.3.de anima,commē.9.quod
ſingulare per ſe,id eſt,ſolitarie:& vt ſignatum a ſenſu cognoſcitur : ſed
quando conſideratur in ordine: & in habitudine ad vniuerſale quo ad
alietatem & conuenientiam:ſic ab intellectu cognoſcitur:& iſta non vi
derunt moderni ſicut poteris videre. Subtilis doctor primo ſenten- D
tiarum diſt.3.quæſtione.2.habet ꝙ loquendo de prioritate originis pri-

mo

mo videndũ eſt in cognitione actuali quid ſit primo cognitum ab intel
lectu noſtro:præmittit aũt aliqua ſuppoſita.primũ ꝙ alius eſt cõceptus
ſimpliciter ſimplex:& alius eſt conceptus ſimplex nõ ſimpliciter ſim/
plex.Simpliciter ſimplicẽ conceptũ dicit illũ qui non eſt reſolubilis in
quid & in quale: ſicut eſt conceptus entis & paſsionũ ſuarum & conce
ptus vltimarũ differentiarũ.Conceptus ſimplex nõ ſimpliciter ſimplex:
eſt cõceptus qui actu ſimplicis intelligẽtiæ cognoſci poteſt.Et eſt reſo/
lubilis in quid & in quale. Secundo ſupponit ꝙ aliud eſt confuſum
intelligere.& aliud eſt cõfuſe intelligere. Cõfuſum enim idem eſt quod
indiſtinctũ, & ſicut duplex eſt indiſtinguibilitas,ſcilicet totius vniuer/
ſalis ad ſuas partes:& totius eſſentialis in ſuas partes: ita eſt duplex to/
tum confuſum.igitur intelligitur:quando intelligitur aliquod iſtorum
duorum indiſtinctorum,ſcilicet totum eſſentiale:aut totum vniuerſale.
Confuſe autem aliquid concipi dicitur: quando concipitur aliquid ſi/
cut exprimitur ꝑ nomen:ſed diſtincte aliquid concipitur quãdo conci/
B pitur:ſicut exprimitur per diffinitionem. His ſtantibus ponit duas cõ
cluſiones:prima concluſio talis eſt:in cognitione actuali via originis &
generationis eorum quæ concipiuntur cõfuſe primum actualiter cogni
tum confuſe eſt ſpecies ſpecialiſsima cuius ſingulare fortius mouet ſen
ſum ſiue ſit audibile ſiue viſibile ſiue aliquid aliud: & hoc ſuppoſito ꝙ
ſingulare non poſsit ab intellectu intelligibili. iſta concluſio probatur
tribus rationibus:& primo ſic. cauſa naturalis agit ad effectum ſuũ ſe/
cundum vltimum potentiæ ſuæ quando non eſt impedita: igitur ad effe
ctum perfectiſsimũ quẽ primo poteſt producere primo agit. Sed omnia
concurrentia ad iſtum primũ actum intellectus ſunt cauſæ mere natura/
les:quia præcedunt omnem actum voluntatis:& non ſunt impeditæ: vt
patet:ergo producunt perfectiſsimum effectum quem poſſunt. Ille autẽ
non eſt:niſi cõceptus ſpeciei ſpecialiſsimæ.ſi enim aliquis alius eẽt cõ/
ceptus:puta cõceptus communioris alicuius: vniuerſale eſſet perfectiſ/
ſimus in quem iſta poſſunt. Et cum conceptus illius communioris ſit
imperfectior conceptu ſpeciei ſpecialiſsime : ſicut pars eſt imperfectior
toto:ſequeretur quod illa non poſſent in cõceptum illius ſpeciei: & ita
F nunꝙ̃ cauſarent conceptum iſtum:quod eſt abſurdum. Secundo prin
cipaliter ſecundum Auicen.metaphyſica. eſt vltima via doctrinæ. ergo
principia omnium aliarum ſcientiarum poſſunt concipi: & etiam termi
ni illarum ante principia metaphyſice.Sed hoc nõ eſſet ſi oporteret pri/
mo concipere actualiter conceptus communiores ꝙ̃ conceptus ſpecie/
rum ſpecialiſsimarum:tunc enim primo oporteret cõcipiens & huiuſ/
modi:& ita metaphyſica eſt prior via doctrinæ quod eſt abſurdũ. Ter/
tio principaliter:ſi vniuerſale magis cognitiõe actuali primo cognoſce
retur ꝙ̃ minus vniuerſale confuſe.ſequeretur ꝙ intellectus magnũ tem/
pus apponeret anteꝙ̃ deducatur in cognitionem ſpeciei:cuius ſingulare
erit primo ſenſatum : quia prius oporteret intelligere omnia prædicata
quiditatiua ad ipſam antequã ipſam cognoſcat:quod eſt contra experi/
G mentum. Secunda concluſio principalis eſt iſta quod in cognitiõe di/
ſtincta magis vniuerſalia ſunt primo cognita cognitione actuali:& illis
propinquiora ſunt priora: & quæ ſunt remotiora perfectiora ſunt. iſta
concluſio ſic probatur ab ipſo.Nil intelligitur diſtincte:niſi quãdo in/

telliguntur ea quæ ſunt in intima ratione eius & eſſentiali. Ens autẽ includiť in ratione eſſentiali cuiuslibet inferioris ad entis conceptũ quiditatiuum: ergo nullus conceptus inferior diſtincte concipi poteſt non concepto ente. Ens autem non poteſt concipi: niſi diſtincte: quia nõ habet conceptum niſi ſimpliciter ſimplicem: ergo ens eſt primus cõceptus qui diſtincte concipi poteſt: cognitione actuali: quia alij conceptus non poſſunt diſtincte concipi ſine eo: ipſum autem bene ſine alijs cõcipi poteſt. Et ex hoc infert vnum pulchrũ ꝙ principia aliarum ſcientiarũ ſunt per ſe nota ex confuſa ratione terminorũ. Et ex metaphyſica ſunt ſcita: ponit inſuper duas alias concluſiões: quarum vna pertinet ad cognitionem habitualem ſeu eſſentialem. & de primo cognito prioritate perfectionis de quibus nihil ad præſens. Sed in duab⁹ primis concluſionib⁹ H iam poſitis debes ſcire ꝙ in ſecũda concluſione: quæ eſt de cognitione diſtincta oẽs vnanimiter cõuenerũt: ꝙ magis vniuerſalia ſunt primo cognita: niſi quidã qui de nouo incipit philoſophari qui oppoſitũ opinať de quo non ſit nobis curæ: nam vt ſcribit philoſophus in primo topi. capite. 9. quolibet proferente contraria opinionib⁹ ſapientũ de quolibet ſolicitũ eſſe ſtultum eſt. Sed in prima concluſione principes noſtræ militiæ, videlicet beatus doctor & Scotus videnť eſſe diſcordes. Nam ſanctus doctor in prima parte ſummæ. q. 85. arti. 3. tenet magis vniuerſalia in cognitione confuſa notiora eſſe minus vniuerſalibus. Et ideo poſteriores huic opinioni fauentes conſueuerunt reflectere argumenta Scoti quæ adduxit pro prima concluſione contra ipſum: prima ratio reflectitur ſic: quia data illa ratione ſequitur ꝙ intellectus prius habebit cognitionem diſtinctam de ipſa re quã cõfuſam: quia illa perfectior eſt cognitione confuſa. cum igitur cauſæ productiuæ vtriuſ cognitionis naturales ſint: & naturaliter agant: & non ſint impeditæ: videtur quod prius producent diſtinctam cognitionem quã confuſam. Quod ſi Scotus dicat quod ante diſtinctam cognitionem neceſſe eſt intellectum prius diſponi per cognitionem cõfuſam: a pari dicam ſibi quod intellectus antequã habeat cognitionẽ cõfuſam ſpeciei ſpecialiſsimæ: oportet ipſum prius diſponi per confuſum conceptum generis & aliorum vniuerſalium. Et ſic ſoluunt pro vtro: & magis pro Thoma dicentes aliquid eſſe diſpoſitum ad receptionem alicuius formæ contingit dupliciter poſitiue & priuatiue. Priuatiue aliquod ſubiectũ eſſe diſpoſitũ: quãdo K non habet contrarium reſpectu formæ inducẽdæ: & ſic diaphanũ dicitur eſſe ſumme diſpoſita pro receptione luminis. Et ſic intellectus noſter etiam eſt diſpoſitus ad omnia intelligibilia: cum ſit omnia fieri. 3. de anima. tex. cõ. 5. & 14. & 17. Alio modo aliquid dicitur eſſe diſpoſitum poſitiue pro inductiõe alicuius formæ. Et hoc eſt in caſu quo vna forma non poteſt induci in aliquo ſubiecto: niſi prius inducta aliqua priore: ſicut dicimus quod aër antequã recipiat coloris ſpecies: neceſſe eſt ipſum diſpoſitum eſſe per lumen. ſicut patet ſecundo de anima. com. 67. Et ſic materia prima anteꝙ̃ recipiat formã minus vniuerſalẽ: oportet eam prædiſponi per vniuerſalem. primo meta. 17. com. Sic etiam dicunt de intellectu ꝙ antequã recipiat minus vniuerſale: oportet eũ pri⁹ L recipere magis vniuerſale. Et tunc ad formam argumenti dicunt: quod maior illa ſic debet gloſſari. agens naturale debite applicatum paſſo: & non

nõ impeditum producit effectum perfectiſsimũ quẽ poteſt.verum eſt ſi il
lud paſsum fuerit priuatiuę & poſitiuę diſpoſitum pro recipiẽda illa for
ma.Et tũc minor negatur in hoc ſenſu:licet em̃ intellectus poſsibilis pri
uatiuę diſpoſitus ſit pro receptione conceptus ſpecifici nõ tamẽ poſiti/
uæ diſpoſitus eſt antequã vniuerſaliores conceptus recipiat.& ſi quæ/
ratur ab eis.vnde ſit hoc.dicunt iſtud prouenire ex eſſentiali ordine exi/
ſtente inter iſtos conceptus qui ita ſe habent qđ poſterior non poteſt in
M duci non inducto priori & vniuerſaliori. Secundum argumentũ Scoti
reflectum:quia a pari ego dicam ſibi librum de cælo præcedere via do/
ctrinæ librum philoſophorũ.ſi ipſe teneat conceptũ ſpeciei ſpecialiſsi/
me notiorẽ eſſe conceptu generico.Et ideo ad argumentum Scoti dicẽ/
tis:ſi magis vniuerſalia eſſent primo cognita in cognitione cõfuſa actua
li:tunc metaphyſica via doctrinæ præcederet alias ſcientias, dicũt con/
cedendo totum.vnde diſtingunt de metaphyſica.quædã em̃ pars ſui cõſi
derat de ſenſibilibus:& quædã de abſtractis:& tunc dicunt metaphyſi/
cam quo ad illam ſui partem:quæ de ſenſibilibus tractat præcedere oẽs
alias ſcientias via doctrinæ.Et quo ad illam partem in qua pertractat de
abſtractis ſubſtantijs:dicunt illam via doctrinæ vltimam eſſe:& ſic con/
ſueuerunt gloſſare auctoritatem Auicẽ.& Auer.6.meta.cõ.3.dicentium
N diuinã ſcientiã eſſe vltimã via doctrinæ.Iſta reſponſio non eſt vera: nec
Sciẽtia diuina. eſt de intentione ſancti Thomæ:nam cum denominatio fiat a ſuperabun
danti:cum maxima pars metaphyſicæ de ſenſibilibus pertractet. mini/
ma autem particula eius de abſtractis.nam ſolum in.12.metaphyſicæ in/
cipit de eis pertractare.a text.commenti.29.vſq; in finem:ſed totum præ
cedens:& omnes alij præcedentes libri de ſenſibilibus & tranſcenden/
tibus per indifferentiam ſe habentibus ad materialia & immaterialia
pertractatur. Ergo ſequitur quod abſolute concedendum eſſet diui/
nam eſſe priorem via doctrinæ: & ſecundum quid poſteriorem: quod
O eſt abſurdum. Amplius falſum eſt quod dicunt metaphyſica quo ad
illam partem quæ de ſenſibilibus agit ſit via doctrinæ prior.nam Ari/
ſtote. in ſecundo metaphyſic. in text. comment.6. vbi probat non eſſe
proceſſum in infinitum in cauſis mouentibus facit rationem: quæ mo/
tui innititur:& quæ naturalem cognitionem præſupponit: ſicut ſcribit
Plato. ibi Commenta. ſimiliter. 7. metaphyſicæ. vbi impugnat ideas Pla/
tonis quando probat: quod non ſunt ponendæ propter eſſe genera/
tionis. dicit quod hoc eſt: quia non poſſunt materiam tranſmutare.
nam tranſmutatio omnis fit per contactum. talis autem fit ratione quan
titatis. contingentia enim. 5. phyſico. 22. ſunt quorum vltima ſimul
ſunt.vnde patet inſpicienti.commenta.28.&.31.illius ſeptimi: quod ta/
les rationes præſupponunt ſcientiam materialem. Similiter illud non
eſt de intentione ſancti Thomæ. Nam in procemio metaphyſicæ in le/
Thomas. ctione ſecunda ſuper illo paſſu philoſophi. vniuerſalia ſunt difficillima
ad cognoſcendum dubitat contra philoſophum: quia vt inquit vide/
tur contradicere ſibi philoſophus in pri. phyſicorum, text.com.3.&.4.
vbi oppoſitũ videtur tenere.videlicet, qđ vniuerſalia ſunt nobis primo
nota. Et ſoluendo dicit, quod vniuerſalia in cognitione incomplexa
ſunt notiora nobis minus vniuerſalibus. vnde cum vniuerſaliſsimum
omnium

omnium ſit ens & res, ideo iſta prima cognitione concipiuntur iuxta il-
lud Auicen. Ens & res prima impreſsione imprimuntur in anima no-
ſtra, vnde ſicut in eſſe nature prius eſt animal quam homo, cum natura
de imperfecto ad perfectum procedat, ſic etiam eſt apud intellectum no
ſtrũ in cognitione prima prius concipitur animal quam homo, ſed in
cognitione complexa, & in inueſtigatione naturalium proprietatum &
cauſarum, prius ſunt nota minus communia eo ꝙ per cauſas particula-
res quæ ſunt vnius generis & ſpeciei, peruenimus in cauſas vniuerſales.
Et ſic patet ſecundum viam ſancti doctoris ſolutio ad ſecundum argu-
mentum Scoti probantis metaphyſicã via doctrinæ præcedere reliquas P
ſcientias. Dico ꝙ licet Thomas in cognitione quo ad ſimplicem ap- Scotus.
prehenſionem terminorum tenuerit magis vniuerſalia eſſe notiora mi-
nus vniuerſalibus. Tamen hoc non tenet in cognitione per diſcurſum
habita, qualis eſt cognitio metaphyſica, & aliarum ſcientiarum. Et hoc
patet in inductione in qua a ſingularibus tanquam ex præcognitis de-
uenimus ad vniuerſalia, ſicut patet in primo poſteriorum, ad principiũ,
& hoc videtur eſſe de intentione Auer. primo phyſicorum in commen.
5. vbi verbum illud in textu. 3. Sunt autem nobis prius nota confuſa
magis, dupliciter exponit, & in ſecunda expoſitione dicit, quod per cõ-
fuſa magis exponi poteſt ipſum ſingulare, quod licet non ſit principiũ
ſcientiæ, eſt tamen principium inquiſitionis vniuerſalis, quod eſt prin-
cipium artis & ſcientiæ. Et ſecundum primam expoſitionem per con-
fuſa magis exponit ſpecies, & quomodocunq; ſit, patet ꝙ ibi loquitur
de via doctrinæ, quæ eſt cognitio habita per demonſtrationem ſigni, ſi-
cut ipſe habet in expoſitione tex. commenti. 21. Et ita ſecundum Auer.
videtur quod in cognitione habita per diſcurſum non eſt neceſſarium a
magis vniuerſalibus ſemper incipere quo ad viam doctrinæ. Sic igitur
ad ſecundum Scoti dictum ſit. Ad tertium argumentum Scoti dicen-
tis ſi magis vniuerſale eſſet primo notum, tunc intellectus magnum tem Q
pus apponeret antequam deueniret in cognitionem ſpeciei ſpecialiſsi-
me, dicunt retorquendo argumentum contra Auctorem, quia a pari ſe-
queretur quod ſi ſpecies ſpecialiſsima eſſet primo nota, tunc intellectus
magnum tempus apponeret antequam deueniret in cognitionem gene-
ris generaliſsimi vel ipſius entis, patet conſequentia, nam eadem eſt via
ab Athenis Thebas, & a Thebis ad Athenas. Et ideo ſoluentes dicunt,
quod intellectus aliquando magnum tempus apponit antequam deue-
niat in cognitionem ſpeciei ſpecialiſsime. Et hoc in caſu quo non eſt
informatus per ſuperiores & vniuerſaliores conceptus, ſed quampri-
mum tales cõceptus habuerit ſtatim deducitur in cognitionem ſpeciei,
hæc communiter & paſsim dicuntur contra Scotum. Et ad argumenta
ſua hæ ſolutiones ſunt famoſæ.

Alia opinio famoſa ſatis eſt opinio cui ſuſtentatur ſanctus Thomas Opinio.
in prima parte ſummæ. quæſtione. 85. arti. 3. vbi habet, ꝙ in cognitione
noſtri intellectus duo oportet conſiderare, vnũ ꝙ noſtra cognitio intel
lectiua aliquo modo a ſenſitiua primordiũ ſumit. Et quia ſenſus eſt ſin
gulariũ, intellectus vero vniuerſaliũ. Neceſſe eſt quod cognitio ſingula R
riũ quo ad nos prior ſit quã cognitio vniuerſaliũ, ſecũdo oportet conſi

derare ꝙ intellectus noſter de potentia ad actum procedit, omne autem quod procedit de potentia ad actum prius peruenit ad actum incompletum qui eſt medius inter potentiam & actum, quam ad actum perfectũ. Actus autem perfectus ad quem peruenit intellectus eſt ſcientia completa per quam diſtinctæ & determinatæ cognoſcuntur res. Et ideo antequam intellectus ad talem cognitionem deueniat ex pura negatiõis ignorantia neceſſe eſt ipſum deuenire prius in cognitionem aliquam in qua
S res ſub confuſione quadam & in vniuerſali cognoſcuntur. Et ideo concludit, ꝙ cognitio alicuius vniuerſalis confuſa mediat inter puram potentiam & actum purum & diſtinctum, & vult ꝙ primum cognitum cognitione confuſa ſit magis vniuerſale loquendo de actuali cognitione, & quia ſenſus etiam exit de potentia ad actum conſimilem ordinẽ etiã in ſenſu ponit, vnde ſecundum ſenſum prius iudicamus, & ſecundum tempus & ſecundum locum aliquid magis commnue quam aliquid minus commune, ſecundum tempus quidem, nam pueri vt inquit philoſophus. 1. phyſi. tex. commen. 5. prius appellant omnes viros patres, & omnes feminas matres, qui poſterius autem determinant vnumquodꝗ, ſecundum locum autem, quia prius comprehendimus aliquem venientẽ a remotis eſſe corpus quam animal, & prius quod ſit animal quam homo & prius ꝙ ſit homo quam hic homo, puta Callias vel Plato. Cõ

Inſtantia. tra iſtam opinionẽ quæ cõmuniter teneri ſolet etiam ab Auer. inſtatur ſic, primo quantũ ad primam rationẽ in qua dicitur, ꝙ intellectus prius deuenit ad actum mediũ qui vniuerſalis eſt, & imperfectus quam ad actũ completũ, quæro aut iſte trãſitus ſit per omnia media, aut per aliqua ſic, & per aliqua non, non poteſt dici primũ, quia hoc eſt impoſsibile, nam
T teſte philoſopho. 7. meta. tex. cõmẽ. 18. Plura genera rerum ſunt innominata & incognita nobis, nec poteſt dici ſecũdũ, quia nõ eſt maior ratio de vno quam de alio, cum vnumquodꝗ iſtorum æque bene habeat rationem medij inter extrema ſicut aliud. Ratio igitur iſta innixa rationi medij inter extrema nõ videtur efficax, & cõfirmatur, quia iſte ordo, aut eſt eſſentialis, aut accidentalis: ſi accidẽtalis, cum omne accidentale remouibile ſit & ſine contradictione ſeparari queat, ſequitur ergo ꝙ intellectus poſſet habere indiſtinctum ſpeciei conceptum nõ habitis alijs conceptibus ſuperioribus, quod ipſe habet pro inconuenienti, & ſi eſt eſſentialis, tunc ſequitur ꝙ intellectus per omnia iſta media tranſibit antequam deueniat in extremum, quia in eſſentialiter ordinatis quicquid per ſe competit vni per ſe competit alteri. Et ideo ſi vni mediorũ eſſentialiter competit ꝙ intellectus prius deueniat ad illud quam ad extremum, ſi ordo in omnibus medijs eſſentialis eſt, ſequitur ꝙ ita erit in omnibus reliquis, quod tamen falſum eſt, & contra philoſophũ. Am-

Actus. plius, actus eſt ratio cognoſcẽdi, ſed minus vniuerſale, & præcipue conceptus ſpeciei ſpecialiſsimæ plus habet de actu quam conceptus generis. Ergo ſequitur conceptum ſpecificum eſſe primo notum. Maior eſt
V philoſophi. 9. meta. tex. commen. 20. Et minor eſt Porphyrij in cap. de differẽtia, dicentis: Differentia eſt quo ſpecies abundat a genere, & per conſequens plus actualitatis includit ſpecies quam genus. Amplius ſi intellectus prius cognoſcit magis vniuerſale quam minus vniuerſale, aut hoc eſt merito intellect⁹, aut hoc eſt merito obiecti, aut hoc eſt merito

rito ordinis exiſtentis inter conceptus obiectales ipſius intellectus, non poteſt dici ꝙ hoc ſit merito intellectus, quia aut hoc eſt reſpectu intelle ctus poſsibilis, aut hoc eſt merito intellectus agentis, non poteſt dari pri mum, quia intellectus poſsibilis eſt omnia fieri, & eſt pura potentia intelligibilium omnium in qua nihil eſt diſtinctum, nõ etiã eſt ex parte intellectus agentis, quia ipſe eſt omnia facere per indifferentiam ſe habẽs, ſicut patet, 3. de anima. tex. commen. 17. Nec eſt merito obiecti in ſe, qa obiectum ſi immutat intellectum: hoc eſt inquantum eſt actus vel actu participans modo ſtat minus commune plus actualitatis habere quam magis commune, ſicut in ſequentibus oſtendetur, non etiam eſt hoc merito ordinis, quia ordo iſte aut eſſet eſſentialis aut accidentalis, & quod cunq; datum fuerit deducatur vt ſupra. Amplius, & eſt argumentum X quod elicitur ex dictis Scoti in quæſtione propria de hac materia ſuper primo ſententia. diſtinctio. 3. quæſtione. 2. Si magis vniuerſale eſſet primo cognitum cognitione confuſa & actuali, ſequitur quod conceptus entis eſſet primo cognitus cognitione confuſa, conſequens eſt falſum, quia conceptus entis non poteſt confuſe concipi, ſed ſolum diſtincte, non enim habet aliquid per quod poſsit ſciri, & aliquid per quod poſſit ignorari, cum ſit ſimpliciter ſimplex, conſequentia clara eſt de ſe, rã inter omnes conceptus, cõceptus entis vniuerſaliſsimus eſt. Amplius, & eſt argumentum eiuſdem, illud quod eſt difficilioris abſtractionis eſt difficilioris cognitionis. Sed conceptus genericus eſt difficilioris abſtractionis conceptu ſpecifico, ergo. Tunc vltra quæ ſunt difficilioris cognitionis poſterius cognoſcuntur. Cõceptus generici ſunt difficilioris cognitionis conceptibus ſpecificis, ergo poſterius cognoſcuntur. Minor prioris ſibi probatur auctoritate Boetij dicentis, quod ſpecies Y eſt tenuis ſimilitudo indiuiduorum, & genus magis tenuis ſpecierum. Boetius. Et per cõſequens difficilior eſt abſtractio generis quam ſpeciei. Amplius, quod habet rationem totius eſt prius notum, eo quod habet rationem partis, ſicut colligitur ex intentione philoſophi in primo phyſicorum tex. commen. 4. Sed ſpecies ſpecialiſsima reſpectu generis & differentiæ habet rationem totius, cum ſpecies ſit quoddam totum compoſitum ex genere & differentia ſicut dicit Commentator primo phyſi co. commen. 5. Ergo ſpecies videtur habere rationem prius cogniti confuſe. hæc ſunt quæ contra hanc viam obijci ſolent.

Dico quod iſta quæſtio eſt multum difficilis, quia vbi ſubtilis doctor diſcrepat a beato doctore difficile eſt videre veritatem, conabor tamen oſtendere veritatem in hac materia quantum mihi poſsibile fuerit. 3 Opinio propria. Et propter hoc debes ſcire aliqua quæ ſunt tanquam radices, & ſuppoſitiones in diſſolutione iſtius quæſtionis. Prima radix eſt iſta, quod intellectio noſtra quæ communiter contingit nobis, ortum habet a ſenſu, hoc eſt de intentione philoſophi tertio de anima. text. commen. 20. & 39. vbi habetur quod ſine intellectu paſsiuo, qui, vt exponit ibi Commentator, cogitatiua virtus eſt, nihil intelligit anima. Et ideo dixit, 39. tex. primi quidem intellectus quid different, vt non phantaſma ſint? Et ſoluendo reſpondit, aut nec hi phantaſmata, ſed non ſine phantaſmatibus. Secunda radix eſt iſta, quod cum intellectus du-

plex ſit pro nunc agens, ſcilicet & poſsibilis alter eſt omnia fieri, alter
eſt omnia facere. 3. de anima. text. commen. 17. Et quia intellectus poſsi
bilis nullam aliam habet naturam, niſi hanc ꝙ poſsibilis ſit qui voca-
tur animæ intellectus, ibidem tex. commen. 5. Inde ſequitur ꝙ cum ens
in potentia non deducatur ad actum, niſi ab aliquo ente in actu. 9. meta.
tex. com. 13. inde ſequitur quod illud quod intelligitur ab intellectu no
ſtro, intelligitur ſecundum ꝙ eſt in actu. Et iſta eſt clara ſententia Ariſt.
9. meta. tex. com. 10. vnde debes ſcire quod intelligibilitas ſecundum
doctrinam Ariſto. & Auer. eſt paſsio primo & per ſe competens enti in
actu quatenus ens actu, non autem eſt paſsio primo competens enti in-
quantum ens eſt. Et hoc demonſtraui alias ſic, illa eſt paſsio primo com
petens alicui quæ competit illi ratione illiꝰ, ita quod poſito illo dona-
tur immediate talis paſsio, & illo primo remoto primo remoueatur il-
la paſsio ſecundum doctrinam Ariſto. primo poſterio. in. c. de vniuerſa
li. Sed actualitas eſt huiuſmodi reſpectu intelligibilitatis, quia poſita illa
mediate ponitur intelligibilitas, non enim eſt dare ens actu quod nõ ſit
intelligibile, ſimiliter remota actualitate ab aliquo remanente qualibet
alia ratione priori illud non eſt intelligibile, ſicut eſt de materia prima
ſecundum ſe: & ſolitarie conſiderata, quæ licet vt ſic ens ſit, non tamen
intelligibilis eſt ſecundũ viam Ariſto. 7. meta. tex. cõmen. 35. vbi habet
ꝙ materia ſecundum ſe eſt ignota. Et tamen materia eſt ens, nec valet ſi
dicatur, vt quidam dicere conſueuerunt, ꝙ hoc intelligitur quantum
ab actum non quantum ad potentiam. Nam philoſophus primo phyſi.
tex. comm. 69. habet ſubiecta quidem natura ſcibilis eſt per analogiam
ad formam, vbi loquitur philoſophus quo ad potentiam & aptitudinẽ
nedum quantum ad actum, & Commentator ibi in commen. d. Et iſta
natura ſubiecta per ſe non poteſt intelligi per ſe, cum non ſit aliquid' in
A actu habens quiditatem. Ecce quomodo Commentator nedum negat
actum verum etiam potentiam ad hoc ꝙ materia intelligibilis ſit per ſe
& ſolitarie conſiderata: & hoc non propter aliam cauſam, niſi quia nõ
habet quiditatem in actu, ergo actualitas eſt prima ratio intelligibilita-
tis tam ſecũdũ actũ quã ſecũdũ potentiã. Amplius Commentator. 4.
phyſi. com. 16. dicit ꝙ materia nõ poteſt intelligi ſine forma. Ampliꝰ
Commẽtator. 12. meta. cõmen. 14. dicit loquẽdo de prima materia. Iſta
natura quia nõ habet formã, ideo nõ habet intẽtionẽ intellectã ab ea, ec
ce igitur ꝙ remota actualitate ab aliquo remanẽte in illo entitate, remo
uetur intelligibilitas nedũ actu verũ etiã potẽtia, quod etiã ratione de-
monſtratur. Nam eiuſdem eſt potentia, cuius eſt actus ſubiectiue loquẽ
do ſicut colligitur de intentione philoſophi in lib. de ſomno & vigilia,
per hoc eñ probat ibi, ꝙ cum actus ſentiendi ſit cõpoſiti, ſic etiã & po
tentia erit in cõpoſito tanquã in ſubiecto, ſi igitur materia vt ens præci-
ſe & ſolitarie conſiderata poteſt intelligi ſecũdũ potẽtiã, non erit incõ-
B ueniens ꝙ etiã ſecũdũ actũ intelligat. Amplius Cõmẽtator. 3. phy. cõ.
Argumẽtũ. 15. ex intentione philoſophi dicit motũ eſſe diſsimilis cognitionis pro
pter imperfectionẽ ſuæ naturæ ꝓpter ipſum habere cõmunicationẽ cũ
potẽtia. Et cõſimile dicit de tẽpore & numero, 4. ph. cõ. 131. arguatur er
go ſic, oppoſitorũ primi, & per ſe effectus & ꝓprietates ſunt oppoſitæ,
ſed ꝓprietas primo & per ſe inſequẽs potẽtiã eſt occultatio, ergo pro-
prie tas

prietas primo & per ſe inſequẽs ſactũ eſt manifeſtatio:& cõfirmatur per Auer. immo per Ari. in. 2. me. tex. com. 2. qui duplicem difficultatis cau/ ſam in intellectione aſsignat. vnam ex parte obiecti:aliam ex parte potẽ tiæ. Et Cõmẽtator ibi in cõ. dicit ꝙ difficultas in cognitione rerum ma terialiũ eſt ex parte ipſarũ:quia nõ ſunt actu intellecta:ſed potẽtia intel/ lecta:cũ includãt materiã quæ radix eſt potentialitatis:quæ eſt ratio op poſita agendi tam in actione reali quã ſpirituali:cum formæ ſit agere. ex 2. de generatione. 53. &. 3. phy. 17. &. 12. meta. 30. &. 9. meta. 20. ꝙ ſi qs inſtare voluerit ens eſſe primũ intelligibilitatis ſubiectũ auctoritate phi loſophi. 4. meta. tex. cõ. 4. vbi habet qđ res ſicut ſe habet ad eſſe: ita ſe habet ad veritatem:dicemus ſibi hoc verũ eſſe:ſed aduertãt iſti quod ens dicitur de ente in actu & de ente in potentia analogicæ & tũc ſenſus eſt iſte:ꝙ ſi aliquod fuerit ens actu illud eſt primo intelligibile. ſi aũt aliquid eſt ens in potentia illud potentia eſt intelligibile ratione qua actu parti/ cipat:nunquã enim intelligibilitas enti in potentia tribuitur. niſi ratione entis in actu tanquã ratione illius ad quod primo & per ſe cõſequiĩ intel ligibilitas. vnde Commentator. 9. meta. cõmen. 20. ſcribit ꝙ intelligere quod eſt in potentia non venit ad actum: niſi per aliud intelligere quod eſt in actu. Et hoc nõ eſt dubium. immorari enim ſuper hoc eſt ſuperfluũ. dicat Scotus & moderni quicquid velint:iudicio meo iſta fuit indubi/ tata Auer. ſententia ꝙ intelligibilitas eſt prima paſsio entis in actu nõ en tis:niſi eo modo quo riſibilitas diceretur paſsio animalis. Stantibus ergo iſtis radicibus tanquã veris manuducam intellectum tuum ſtatim in co/ gnitionem veritatis. Dico qđ ſi volumus videre quod ſit primum cogni tum in cognitione confuſa:oportet recurrere ad ſenſum. Nam iſtud ſi/ cut mihi videtur eſt præcipuum fundamẽtum ſuper quo fundatur Auer. in hoc prologo primi phyſi. inquit enim. 4. &. 5. commentis. quod cauſa propter quam via doctrinæ ſunt nobis nota confuſa magis:& cauſa pro pter quã magis vniuerſalia ſunt notiora ſuis ſpeciebus ex quibus com/ ponuntur:& cauſa propter quã nomina ſpecierum ſunt notiora ſuis par tibus diffinientibus apud intellectũ eſt:quia ſingulare quod eſt quoddã totum eſt cognitum apud ſenſum prius ſuis partibus. Si igitur inſpicia/ mus ad iſtam radicem:videbimus inde pullulare iſtam veritatem: & eſt qđ ſenſui:vt in pluribus accidentia vniuerſaliora ſunt notiora ſibi:& ſe cundum tempus & ſecundũ locũ accidentibus minus vniuerſalibus ſe/ cundũ locum quidem:nam vt ait Themiſtius ſuper expoſitione tex. com men. 4. primi phy. in ſenſibilibus videre licet accidentis procul anima/ lis celerius totum corpus ꝙ caput:aut manum:aut partem aliquã cõpre hendi. eodem modo promptius eſt dicere id quod patet eminus animal eſſe quĩ hominem: ita & in his quorum rationes quærimus vniuerſalia atꝙ cõmunia manifeſtiora ſunt nobis quã proxima & particularia. ſecũ dum tempus vero:quia vt habet philoſophus in tex. pueri prius appel/ lant omnes viros patres:& omnes fœminãs matres:tanquã vt inquit ibi Themiſtius:qui matrem & fœminam perinde ac communia quædam vo cabula prius cognoſcant. Sed vbi vegetioribus ſenſibus fuerint diſpo/ ſiti ad minus communia accedunt. Recte igitur dixit Auerroys, quod ex hoc quod indiuiduum demõſtratum notius eſt apud ſenſum quã ſuæ partes:eſt cauſa in hoc quod illa duo tota ſunt notiora apud intellectũ.

C — Lector. — D — Totum. — E

Et confirmať hoc:videlicet,qđ accidẽtia vniuerſaliora: vt in pluribꝰ no
tiora ſunt nobis:nã vt ſcribit Commentator.8.phy.& primo cęli vtro/
biq;.commen.22.Experimentum ſermonum verorum eſt: vt concordẽt
ſenſatis:videmus qđ ſi aliqua planta vel aliquis lapis præcioſus alicui
oſtendatur.primo iudicabit illud vel plãtam vel lapidem eſſe in genere:
quale autem ſit vnumquodq; iſtorum in ſpecie dignoſcere non poteſt:&
F hoc nõ eſt propter aliam cauſam:ſicut mihi videtur:niſi quia accidentia
generis notiora ſunt ſenſui accidentibus ſpeciei.Et ideo cum intellectus
noſter in intelligendo imitetur ſenſum a pari videtur quod conceptus ge
nerans illius lapidis vel plantæ prius percipiatur ab intellectu quã con/
ceptus ſpecificus,qui adhuc ſenſui ignotus eſt.quid enim prohibet in il/
lo priori conceptum illum intellectu innoſcere non video.Quod ſi in ali
quo caſu contingeret accidentia inſequentia ſpeciem & naturam minus
communem notiora eſſe accidentibus inſequentibus naturam magis cõ/
munem.dico quod loquendo de cognitione confuſa actuali quicquid ſit
de habituali prius intellectus percipiet conceptum ſpecificum quã con/
ceptum genericum.Et hoc ſicut mihi videtur:nullus ſani capitis negare
poteſt.Nam ſecundum philoſophum.7.meta.tex.commento.28.Sunt
aliqua genera intermedia innominata.aliquod enim eſt genus proximũ
equo & aſino quod innominatum eſt.Et non eſt dubium quod acciden
tia inſequentia naturas ſpecificas iſtorum ſcilicet equi & aſini notiora
ſunt accidentibus inſequentibus talẽ innominatum genus: ſtante igitur
cognitione illorum in ſenſu talia poſſunt agere in intellectu mere natura
liter quo ad primam immutationem.Et in illo inſtanti accidentia ma/
gis vniuerſalia non agunt in intellectum,cum per caſum ſint ſenſui igno
ta:ergo in illo priori in quo iſta ſunt nota & illa ignota ſtat iſta immuta
re intellectum qui de ſe eſt omnia fieri antequam accidentia vniuerſalio/
ra ſint ſenſui nota.non enim eſt ibi actio aliqua ſubiacens imperio volũ/
tatis quæ retinere poſſit obiectum minus commune non agere:niſi prius
obiectum magis commune agat.Nam obiectum relucens in phantaſma/
G te naturaliter agit in intellectum.Et aptum natum eſt ad immutationem
intellectus quo ad cognitionem ſui:& non alterius.ſicut quilibet ſani ca
pitis ſcire poteſt.Quis ex philoſophantibus antiquis negaret mihi equi
& aſini conceptũ prius intellectui innoteſcere conceptu generis innomi
nati in quo iſta cõueniunt.Ratio igiť ꝙ prius aliquid innoteſcat intelle/
Intellectus. ctui non eſt:qa illud alio ſit magis cõe abſolute:ſed requiriť ꝙ ſit magis
ſenſatũ:qa intellectꝰ noſter in intelligẽdo depẽdet a ſenſu:ſi igiť qñq; cõ
tigerit minus cõe eſſe magis ſenſatũ magis cõi: nõ video quo ad actualẽ
cognitionem quicquid ſit de habituali quin minꝰ cõe in hoc caſu prius
intelligať ab intellectu quã magis cõmune.Et iſta eſt ſententia philoſo/
phi ſine dubio.vnde in ſexto topi.c.4.dicit ꝙ corpꝰ eſt magis notũ quo
ad nos quã ſuperficies:& ſuperficies magis quã linea:qa magis ſub ſen/
ſu cadunt.Secus aũt eſt quo ad naturam.Et ſi Subtilis doctor habuerit
iſtũ ſenſum:ſicut prætendũt verba eius:credo opinionẽ illam verã eſſe.
Nec ſancto doctori repugnabit quãtũ ad hoc.Nã ipſe dicit ꝙ conceptꝰ
ſpeciei cuius ſingulare fortius mouet ſenſum eſt primo cognitus ab in/
tellectu.ſed moderni ſequaces:volunt ſuſtinere iſtã viã vniuerſaliter ſi/
cut ſequaces ſancti Thomæ vl̃r volũt tenere ꝙ magis vl̃ia ſunt notiora.

Sed

Sed nos mediando inter iſtas duas vias dicimus:ꝙ qñꝙ vniuerſalia ſunt
notiora minus vniuerſalibus.& hoc quãdo eis fuerint magis ſenſata: &
quãdoꝙ cõtingit oppoſitũ:videlicet,qđ minꝰvniuerſalia ſunt primo co
gnita.& hoc quãdo illa fuerint magis ſenſata magis vniuerſalibꝰ. Sed
propter quid eſt ꝙ cõmuniter dicitur magis vniuerſalia notiora eſſe mi/
nus vniuerſalibus.Dico ꝙ quia in pluribus contingit accidentia ſingu/ H
lariũ ipſorum magis vniuerſalium eſſe magis ſenſata accidentibus ſin/ Vniuerſalia
gulariũ minus vniuerſalium:& quia denominatio fit a ſuperabundanti:
ideo hoc contingit;tamen iſtud non eſt vniuerſaliter verum. ſicut quidã
proterui ſuſtinere volunt:ſciant iſti propoſitiones naturales non ſemper
verificari vniuerſaliter:ſufficit quãdoꝙ eas verificari:vt in pluribus.Eo
rum enim quæ natura fiunt:quædam ſunt ſemper: & quædam frequen/
ter.Radix igitur iſtius veritatis fuit ſenſus ſicut vidiſti.Et hoc erat quod
Commentator in hoc prologo plerũꝙ ad hanc radicem aſpiciens dice/
bat quod ratio propter quã vniuerſale quod eſt quoddam totum notius
eſt apud intellectum:eſt,quia particulare quod eſt quoddam totũ eſt no/
tius apud ſenſum. Ad quæſtionem ergo quærentem vtrum magis vni/
uerſale notius ſit minus vniuerſali cognitione confuſa & actuali:non eſt Reſponſio.
ſimpliciter reſpõdẽdum:quia quæſtio multiplex eſt:ſed debemus diſtin/
guere:quia aut comparatur magis vniuerſale ad minus vniuerſale : vt eſt
quoddam totum:& minus vniuerſale eſt pars magis vniuerſalis: aut cõ/
paratio talium eſt cõuerſo modo:ita.ſ.ꝙ magis vniuerſale conſideretur:
vt eſt pars minus vl̃is:qđ accidit vl̃r qñ minus vniuerſale conſideratur:
vt eſt diffinitũ quoddam & confuſum & totius rationem habens:& mi/
nus vniuerſale:vt eſt diffiniens:& eſt pars diffinitionis eius: ſi primo fiat
comparatio diſtinguendum eſt adhuc:nam aut ſingulare magis vniuerſa/
lis eſt magis ſenſatum quã ſingulare minus vniuerſalis:aut ecõtra.ſi pri/
mum ſic magis vniuerſale eſt notius prius intellectu quã minus vniuer/
ſale.Si detur autem oppoſitum:dico qđ minus vniuerſale eſt notius ma
gis vl̃i:ſi autem comparatio fuerit inter magis vl̃e & minus vl̃e: vt vnũ
eſt diffiniens & aliud diffinitum,dico quod in prima cognitione actuali
& cõfuſa prius occurrit intellectui minus vniuerſale:ꝙ eſt quoddã totũ
quã magis vniuerſale:quod eſt pars eius:vt ſic:& ratio iſtiꝰ eſt,quia par/
ticulare quod eſt quoddã totum prius innoteſcit ſenſui quã ſuæ partes:
vnde ſi quis ingrediatur in aliquã domum prius occurrit ſibi tota com/
poſitio quã partes eius.ſic nomina ſpecierum diffinitarũ quæ confundũt
in ſe partes ex quibus componũtur notiora ſunt nominibus partiũ diffi
nientium:& hoc voluit Ariſtote.primo phyſi.tex.commento.5.& The/
miſtius ibi in commento. & hoc ſentit etiam ſanctus Doctor in prima
parte ſumme.q.85.ar.3.Et in expoſitione iſtius prologi: vbi ipſe ſoluit
contradictionem philoſophi in text.3.&.4.ex vna parte:& in text.5.ex I
alia parte:ſicut igitur ſenſus prius fertur in totum quã in partes: & prius
in confuſam cognitionem quam in diſtinctam.ſic primæ cognitionis na
turalis noſtri intellectus ordo eſt:vt prius in nomẽ diffiniti ſe transferat
quam in nomina diffinientium:& prius cognitionem quid nominis quæ
cõfuſa eſt attingit ꝙ̃ attingat diffinitionẽ qđ rei quæ diſtincta eſt . Recte
igit̃ diximꝰ ꝙ radix ducẽs nos ad veritatẽ iſtꝰ quęſtiõis ſenſus eſt:& iſta
radix cõicat cũ illa alia quæ eſt ꝙ ratio cognoſcendi eſt ab actu.Et ideo

res magis ſenſatę magis & prius innoteſcunt intellectui: quia tales ma/
gis ſunt in actu ad mouendū intellectum q̃ ſint res minus ſenſatę. vnde
Cōmentator. 2. de anima. cō. 92. ꝙ comprehēſio differentiarū ſenſibiliū
a ſenſu cauſa eſt comprehenſionis earū ab intellectu: & ideo dixit philo
ſophus ibidē. quod nō eſt manifeſtū quale quid ſit odor. Et reddēs cau/
ſam huius, inquit, cauſa aūt hui⁹ eſt: quia ſenſum hunc non habemus cer
tum: ſed peiorē multis animalibus: ſed ſi quis arguat contra ſecundū di
ctum probando magis vniuerſalia notiora eſſe minus vniuerſalibus in/
quantū diffinientia ſunt: quia ſexto topico. diffinitio datur per notiora.
Reſpondeō ꝙ diffinientia ad diffinitum dupliciter comparari poſſunt.
Vno modo in cognitione confuſa quæ eſt per diffinitionem quid nomi
nis. Alio modo quo ad diffinitionē quid rei diſtinctā. Et iſto modo ha/
bet per verum genus & veram differentiam. Et primo quidem modo: di
co ꝙ magis vniuerſale eſt minus notum: quia habet rationem partis: &
minus vniuerſale eſt magis notum: quia habet rationem totius & con/
L fuſi. Sed in cognitione diſtincta. dico quod eſt ecōtra: quia cauſæ notio/
res ſunt: & priores naturæ q̃ ſint effectus: diſtincta autem cognitio pro/
cedit ex notioribus & prioribus quo ad naturam: non quo ad nos: per
iſtum modum igitur ſoluendi tolluntur omnes difficultates. & cōtra di
uiſiones. Vnde ratio ſan. Tho. in prima parte ſummæ. q. 85. ar. 3. in qua
dixit, quod tranſiens de extremo ad extremum & de potentia pura in
actum prius debet tranſire per medium &c. Dico quod verum eſt: ſed
nō eſt neceſſarius iſte tranſitus quo ad cognitionem actualem: ita quod
fiat per omnia media non eſt neceſſarium: natura ſi talia media non fue/
rint ſenſata: aut male ſenſata nō eſt neceſſarium intellectum prius in co/
gnitionem iſtorum deuenire quā in cognitionem ſpecierum: vnde ſicut
dicit Commentator. 2. de anima. commen. 105. Albedo quando trāſfer/
tur ad nigredinem: quandoq; tranſit mediante kiano. & in aliquo trāſit
mediante karoppo: ſic intellectus noſter quo ad actualem cognitionem
tranſit a magis vniuerſali ad minus vniuerſale: vbi tale fuerit magis ſen
ſatum: & ſi fuerint aliqua minus vniuerſalia quæ medient quæ non fue
rint ſenſata: non opus eſt intellectum per ea actualiter tranſire: quia tūc
magnum tempus apponeret anteq̃ ad actualem cognitionem ſpeciei ſen
ſatę deuenire poſſet: quod eſt contra experientiam: licet igitur intellect⁹
quo ad habitualem vel virtualem cognitionē prius aptus natus ſit pro/
cedere a magis vniuerſalibus & a communioribus ad minus cōmunia:
M ſicut bene dixit in hoc Subtilis doctor. 3. diſtin. primi. quia formæ quæ
aptæ ſunt pficere aliqd perfectibile ordine quodā perficere natæ ſunt
perficere mediatius & minus mediate. ita ſi eadem forma virtualiter plu
res formas contineat illarum formarum ordinatarum quaſi conſimili
ordine perficiet illud perfectibile: ſicut ſi forma ſubſtantiæ & for/
ma corporis eſſent aliæ formæ in aliquo prius informaret forma ſub/
ſtantiæ quam forma corporis: ita ſi vna forma virtualiter in aliquo
cōtineret vtriuſque formæ pfectionē pri⁹ informaret natura ſub gra/
du communiori quam ſub gradu minus communi cum natura pro/
cedat de potentia ad actum: vnde Commentator primo metaphyſi.
commen. 17. dicit quod materia prius recipit formas magis vniuerſales
quā minus vniuerſales: & mediantibus eis recipit particulares formas
(non

(nõ quod ipſe velit formam vniuerſalem realiter diſtinctam eſſe a forma
minus vniuerſalis ſicut quidam tenuerunt ex intentione eius)ſed vna &
eadem forma prius natura perficit materiã ſecundum abſtractiorẽ gra/
dum quã ſecundũ gradum minus abſtractum. Et hoc eſt quod in intelle
ctu noſtro quantum ad habitualem cognitionẽ poſſumus tenere:ſed quã
tum ad cognitionẽ actualem ineuitabiliter credo illud prius intelligi ab
intellectu cuius ſingulare fortius mouet ſenſum,& hoc ſiue illud viſibi/
le ſit ſiue audibile ſiue aliquo alio; ſenſu perceptibile. Et ideo opinio N
illa Heruei Thomiſtarũ acutiſsimi tenentis accidens cõcretiue ſumptũ Herueus.
eſſe primũ cognitũ ab intellectu noſtro in cognitione cõfuſa eſt opinio
vera loquendo ſcilicet de accidentibus magis ſenſatis:vnde ſi accidentia
inſequẽtia naturas vniuerſaliores fuerint magis ſenſata talia concretiue
ſumpta ſunt in cognitione cõfuſa notiora nobis in cognitione actuali:ſi
vero accidentia inſequentia naturas minus communes fuerint magis ſen
ſata accidentibus inſequẽtibus naturas magis vniuerſales talia notiora
ſunt ita quod in hoc ſemper recurrendũ eſt ad ſenſum:ſed quia vt in plu
ribus contingit accidentia magis vniuerſaliũ notiora eſſe accidentibus
minus vniuerſaliũ:inde accidit quod magis vniuerſalia dicuntur cõmu/
niter notiora eſſe minus vniuerſalibus in cognitione confuſa:tamẽ hoc
eſt vt in pluribus verum. Sed quandoqꝫ oppoſitum poteſt contingere:ſi
cut ratione & auctoritate probauimus. Iſta igitur opinio mediat inter
duas opiniones extremas,& eſt tollens omnes ambiguitates & difficul/
tates,& eſt opinio ſenſata. Et per conſequens mihi videtur ſalua omniũ
reuerentia quod ſit opinio vera. Experimentum enim ſermonum vero/
rum eſt:vt concordent ſenſatis. 8. phyſi. & primo cæli vtrobiqꝫ. cõ. 22.

Per hoc patet etiam ad rationes ſcotiſtarum probantium ſemper con
ceptum ſpeciei notiorem eſſe:quia ſpecies eſt magis in actu, & actus eſt
ratio cognoſcendi. Reſpondetur quod hoc eſt verum:tamen tunc obie/
ctum dicitur eſſe magis in actu ad inuitandum intellectum: quando eſt O
magis ſenſatum:vnde philoſophus in procemio meta. dicit quod vniuer
ſalia ſunt difficillima ad cognoſcendum:eo quia ſunt a ſenſibus remo/
tiſsima,& loquitur de vniuerſalibus in cauſando ſecundum communẽ
expoſitionem:ſic dico ſi ſingulare ſpeciei magis ſenſatum fuerit ſingula/
re generis:tunc ſpecies erit prius actualiter cognita cognitione confuſa:
quam genus. Si vero fuerit oppoſita modo oppoſitum continget. Et ſi
quæras vnde hoc eſt dico quod non eſt alia ratio niſi propter modum
naturalem intelligendi intellectus noſtri:qui in intelligendo dependet a
ſenſu,& præcipue in prima noſtra naturali cognitione ſecundum philo
ſophi ſententiam. 3. de anima tex. commen. 9. & 20. Ad aliud Scoti
dicentis magis vniuerſalia eſſe difficilioris abſtractionis, & per conſe/
quens poſterius cognoſci. Reſpondetur quod abſtractio primi obiecti
motiui intellectus poſsibilis fit ab intellectu agente qui non cognoſcit
ea a quibus abſtrahit tertio de anima commento decimonono. Et ſi illa
vniuerſaliora ſint magis ſenſata prius intelligentur ab intellectu quam
minus vniuerſalia. Si vero oppoſitum, oppoſitum etiam continget,
comprehenſio enim differentiarum a ſenſu eſt cauſa comprehenſionis
earum ab intellectu, de anima commento. 92. Ad aliud quando dici/
tur ſpecies habet rationem totius,& genus rationem partis:ergo notior P

erit ſpecies genere. Reſpondetur totum cõcedendo: nam taliter conſide
rata ſpecie qđ habeat rationē totius & indiſtincti, & confuſi ſic notior
erit genere: vt habet rationē partis, & hoc eſt: quia ſicut ſenſus prius fer/
tur in totũ quã in partes: ſic intellectus imitans ſenſum prius deuenit in
cognitione cõfuſa in cõceptu ſpeciei diffinitæ qui habet rationē totius,
quã in cõceptũ generis: aut differētiæ. Sed quãdo ſpecies cõparatur ge/
neri in ratiõe partis: tũc illa eſt ignotior ꝓpter eandē cauſam, & omnia
iſta veritatē habent cõcurrente atteſtatione ſenſus: quia ſine ſenſu nihil
fieri poteſt in tali caſu: quia ipſe eſt radix vniuerſæ cognitionis humanę.

Ad argumētũ principale. Reſpõdet negãdo aſſumptũ: qđ, videlicet in
nulla cognitione magis vniuerſale poſsit eſſe notius minus vniuerſali:
vnde dico qđ in cognitione incõplexa vbi ſingulare eius fuerit magis
ſenſatũ quã ſingulare minus vniuerſalis: tale magis vniuerſale prius co/
gnoſcitur ab intellectu quã minus vniuerſale, & præcipue quãdo cõpa
ratur ſibi: ſicut totũ ad partes. Si vero cõtingat oppoſitũ: oppoſito mo/
do dicēdũ eſt: quia nõ incõuenit idē reſpectu eiuſdē poſſe notius & igno
tius eſſe ſecundũ oppoſitas cauſas & rationes. Iſta pauca ſunt quæ mihi
viſa ſunt dicta in tam perardua materia & antiqua quæſtione: in qua ro/
go vt ſi veritatem ipſam aſſecutus ſum (vt credo) illud deo attribuatur: ſi
vero illam non ſim aſſecutus aſcribatur hoc ruditati intellectus mei: ſal/
tem dedi modum perſcrutandi veritatem fratribus meis.

FINIS.

Solutiones contradictionum in dictis Auerrois: collectæ per ſolertiſsimum philoſophũ Marcũ Antoniũ Zimaram ſanctipetrinatē & hydruntinũ.

Et primo ſuper libro phyſicorum.

A — Homo per/fectus.

AVERROIS in ſuo prologo ſuper primo phyſi. in ſe/
cundo cap. vbi ponit vtilitatem ſcientię ſpeculatiuæ: di
cit quod hominem eſſe perfectum per ſcientias ſpecula
tiuas: eſt hominem habere ſuam vltimam perfectionem,
& talis diſpoſitio eſt ſibi felicitas vltima & ſempiterna
vita & eandem ſententiã ponit in ſuo prologo ſuper. 8.
phyſi. Nos autem inuenimus oppoſitum ab ipſo. 3. de anima. commen.
36. & nono metha. commen. vlti. vbi habet iſta verba. Et declarauimus
ſuper. 3. de anima cõmen. allegato: quod fortunitas maxima quæ eſt in/
ſpicere intellectum ſeparatum: eſt per potentiam: quę fit in intellectu ſpe
culatiuo apud ſuam vltimam perfectionem ſimilem poſitione quæ fuit
in viſu apud aſpectum ad colores: non per potentiam de modo potentia
rum cogitatiuarum quæ acquiruntur per cognitionē: quoniã non eſt ſi/
cut exiſtimauit Auēpace, quod hoc acquiritur per cognitionem. Et in
hoc etiam ipſe accuſat Alpharabium. 3. de anima, vbi ſupra, ſicut patet
intuenti. Contradictio igitur conſiſtit in hoc: quia hic in prologo dicit,
B — felicitatem hominis conſiſtere in acquiſitione ſcientiarum ſpeculatiua/
Felicitas hominis. — rum: in alijs vero locis allegatis dicit felicitatem hominis non conſiſte/
re in huiuſmodi ſcientijs: quæ per diſcurſum acquiruntur: ſed in intuiti
ua cognitione dei quæ habet per intellectum adeptum, & hoc etiam vi/
detur velle Themiſtius: ſicut ipſe allegat. 3. de anima. Ad hoc ſoluentes
dicimus

dicimus quod tertio de anima,vbi erant locus proprius diſcutiendi iſtā
difficultatem:locutus eſt ex propria ſententia:hic vero locutus eſt ſecun
dum mentem aliorum. Et iſtā ſolutionē mihi confirmat ipſemet Cō
mentator ſuper prologo octaui phyſi.vbi ponens conſimilem ſententiā
inquit,& declaratum eſt in ſcientia morali quod eſſe hominis in ſua vlti
ma perfectione eſt ipſum eſſe perfectum per ſcientias ſpeculatiuas. Et qd'
iſta diſpoſitio eſt fortunitas vltima:ſecundū fatuos vita æterna:ecce qd' C
dicit ſecundū fatuos:aut aliter,& ſubtilius poteſt illa cōtrouerſia conſi
liari vt dicamus felicitatem hominis conſiſtere in acquiſitione ſcientiarū
ſpeculatiuarū dupliciter poſſe intelligi vel diſpoſitiue:vel completiue.
Et tunc dicimus quod primo modo eſt verum ſecundum viam Auerro.
Secundo vero modo eſt falſum:primo modo loquitur hic,ſecundo mo/
do loquitur.3 de anima,& nono meta.vbi negat felicitatem conſiſtere
in ſcientijs ſpeculatiuis:completiue ſcilicet nam cognitio ſcientiarū ſpe D
culatiuarum non eſt felicitas:ſed eſt via ad illam. Et quia quandoq; via
ad terminum cōſueuit ſumere denominationē a termino:iuxta illud phi
loſophi ſecundo phyſi.text.cōment.14.generatio eſt natura:quia eſt via
in naturā:ita etiā ſcientia ſpeculatiua eſt felicitas: quia eſt via ad felicita/
tem:quæ felicitas eſt primū principium a quo cælū dependet & natura:
ſicut patet expreſſe.12.met.cō.38.& tex. Secunda contradictio ibidē 2
eſt iſta:quia declarans quomodo ad ſcientiarū ſpeculatiuarū acquiſitio/ E
nem conſequātur omnes virtutes morales oſtendit quomodo cōſequa/ Sibi; repu/
tur magnanimitas:inquit quod ſapiens cum cognouerit paruitatem vitæ gnat.
ſuæ,& perpetuitatē ſempiternam & motum continuum. Et quod pro/
portio ſuæ vitæ ad tempus ſempiternum eſt:ſicut puncti ac lineam:vel Vita.
ſicut finiti ad infinitum:non procurabit propriam vitam. Et parum in/
fra ſubdit quod eligit mortem pre vita. Sed huius oppoſitum nos inue/
nimus ab Ariſto.in.3.Ethi.ca.11.vbi habet quod quanto aliquis magis
omni virtute pollet:quantoq; felicior eſt:tanto magis illi mors moleſta
eſt. Nam huiuſmodi vir maxime dignus eſt vita,& maximis bonis pri/
uatur idipſum ſciens. Sed ad hoc ſoluentes dicimus quod philoſophus
in alio caſu loquitur,& in alio caſu loquitur Auerro.hic. Nam ſi com/ Solutio.
parentur felix & miſer,id eſt,non habens ſcientiam:tunc ſine dubio fe/
lix magis timebit mortem quā miſer. Et ratio eſt:quia plus perdit quan/
do moritur quā miſer. Auerro.autem hic loquitur in caſu quo ſapiens
dubitat ne felicitatem amittat:tunc in illo caſu debet præeligere mor/
tem pre vita. Et hoc expreſſe ſonant verba eius:inquit enim & proprie
cum habet perfectionem humanam. Et dubitat quod a perfectione expo
lietur:tunc non eſt mirum ſi aliquando eligit mortem pre vita, & ſic ſe
datur contradictio. Sed hic eſt locus dubitationis contra Auerro. per
arduus.;Tum quia malum non habet rationem appetibilis:ſicut patet ex F
primo ethicorum capitulo primo. Bonum eſt quod omnia appetunt,& Bonum.
quinto ethicorum malum a nullo appetitur:mors autem malū:ergo &c.
Amplius eſt contradictio in dictis eius:quia ipſe dicit quod ſapiens de/
bet eligere mortem:ne expolietur felicitate: ſed hoc nihil eſt ſecundum
fatuam opinionem eius de vnitate intellectus. Et videtur eſſe etiam con/
tra philoſophum.3.ethicorum capit.6.vbi reddens cauſam quare mors
omnium terribiliſſimum:inquit, Terribiliſſimum vero omnium mors:

Mors hic enim finis:neq̧ quicq̃ praeterea bonũ vel malũ mortalibus videtur eſſe. Et primo ethicorũ cap. 14. mortuũ felicẽ nõ dicimus:iſta ſunt quae faciunt difficultatem in hac materia. Et nos ſoluimus prolixe in ſuperiori anno in expoſitione noſtra ſuper quatuor primos de phyſica auſcultatione. Pro nunc tamen breuiter dicendum puto quod ſententia Auerro.

Solutio. non contradicit philoſopho ad intellectum datum:immo ipſemet Ariſ. nono ethico.capitulo.9.expreſſe tenet quod ſapiens appetitu conformi

G rationi rectae debet vitam propriam morti exponere:inquit enim omnis mens eligit optimũ ſibi:bonus autem menti paret: verum eſt autẽ id de ſtudioſo & amicorũ gratia ipſum multa facere,& ſi opus ſit pro patria mortẽ ſubire. Abijciet enim & pecunias & honores, & omnino omnia quibus homines inter ſe concertant:vt honeſtatem cõſequantur:magiſque volet breui tempore lętari vehementer quã longo leuiter. Et honeſte vitam agere per vnum annum:quã multis annis vtrũq̧ contingat: ac rem vnam honeſtam & magnam quã multas & paruas. Obeuntibus autem mortem id forte euenit:eligunt profecto rem magnam & pręclaram ſibi &c. Et ex iſtis verbis clare patet ſolutio ad obiecta:mors enim non eſt illud quod primo appetitur:ſed bonitas & honeſtas actus quem exercet ſapiens in tali caſu:nam ſicut patuit in verbis philoſophi maximum bonum ſapiens ſibi tribuit in exercendo illum actum virtutis. Et hoc bono priuaret ſe:immo vitioſe viueret ſi illo actu tunc praetermiſſo ſaluaret ſuum eſſe:per quantumcũq̧ eſſe. Vnde melius eſt ſimpliciter ma

H ximum bonum & momentaneum:quam remiſſum bonum virtutis: vel vita vitioſa per magnum tempus. Et ex iſto loco colligitur de intentione philoſophi euidenter quod bonum commune ſecundum rationem rectam:eſt magis eligendum quam bonum proprium:quia totum bonum proprium debet homo exponere etiã deſtructioni ſimpliciter ſi neſciat animam immortalem propter ſaluationem boni communis. Sapiens igi

I tur in caſu iſto agit, ſicut agit agens naturale: quod primo intendit inductionẽ formae generandae:ſed quia forma illa nõ poteſt induci niſi ad deſtructionẽ praeexiſtentis in materia ſecundario,& per accidens intendit corruptionẽ, ſic ſapiens:quia nõ poteſt in caſu in quo loquitur Auerrois conſequi felicitatẽ & euitare miſeriam:niſi exponat morti mortem per accidens,& ſecundaria intentione praeeligit. Ad obiecta autem ex

3 dictis patet iam ſolutio. Tertia contradictio eſt ſuper primo commẽ.

Cõ.primo. primi phyſicorum ibi enim exponit per principium: cauſas agentes &

L mouentes:per cauſas autem exponit fines, & per elementa cauſas quae

Cauſa. ſunt partes rei ſcilicet materiam & formam. Huius tamen oppoſitum in uenimus in dictis eius.12.meta.commẽ.23.vbi habet quod cauſa dicitur de omnibus:principium autem dicitur de extrinſecis:elementũ vero de extrinſecis,& ſubdit. Et ideo dixit in phyſi. quod diſpoſitio ſcientiae in omnibus artibus habentibus principia cauſa & elementa:quia intendebat per principia cauſa mouẽtes,& per cauſas:illud quod eſt commune illis quatuor & per elementa ea quae ſunt in re. Contradictio igitur eſt ſuper expoſitione illius verbi, cauſa:quia hic exponit cauſam pro fine: ibi vero cauſam pro communi ad omnia genera cauſarum: ſed ſoluitur

Solutio. quod hoc nomen cauſa ſumitur dupliciter communiter & proprie. Et primo quidem modo dicitur de omnibus,& ſic ſumpſit philoſophus &

Commenta.

Commen. cauſam.2.phyſi.text.commen.28.&.29.& etiam.12.me.23. & ſic eſt ſynonymum cum principio:ſicut etiam ipſemet Commen.di cit primo phyſi.com.primo inquit enim quod cum hoc nomen principium & cauſa vtitãtur comitex ſunt nomina ſynonyma. Et ſic ſumpſit etiam cauſam philoſophus.5.met.ad principium. Alio modo ſumit cauſa proprie:& ſic diſtinguitur contra principium:& etiam contra elementum:cauſa enim proprie ſumpta verificatur ſolum de fine & huius ratio eſt:quia cauſalitas finis eſt ſimpliciter incauſata: iuxta illud philoſophi.2.phyſic. finis eſt cauſa cauſarum. Principium autem proprie ſumptum dicitur de cauſa agente & mouente. Et huius ratio eſt : quia 5.meta.text.com.primi.de ratione principij eſt primum eſſe. Et quia cauſa agens ſecundum eſſe præcedit a's cauſas:licet cauſa finalis præcedat quantum ad cauſalitatem:ideo hoc nomen principium appropriatur cauſæ efficienti. Alia enim eſt ratio cauſarum quantum ad eſſe. Et alia quantum ad cauſalitatem:ſicut late diſputauimus ſuperiori anno ſuper.2.phyſi. Elementum vero proprie ſumptum dicitur de cauſis intrinſecis,ſcilicet de materia & forma:& ratio eſt quia vt dicitur.5.meta.text.commen.4.elementum eſt ex quo fit aliquid primum inexiſtente indiuiſibili ſecundum ſpeciem: & comparando adhuc materiam ad formam magis proprie elementum dicitur de materia ꝙ de forma:ſicut ſcribit Commen. commen.4.quinti meta. & ratio eſt iſta : quia magis proprie diffinitio elementi competit materiæ quã competat formæ.Materia enim ſic deſcribitur.2.phyſi.28.materia eſt ex quo fit aliquid cum inſit. Forma vero ibi deſcribitur per hoc quod eſt ratio ipſius quod quid erat eſſe. Et ſic ſolutio iſta quantum ad rem ſatiſfacit: ſicut vides. tamen quantum ad verba non dicitur ſatiſfacere Auer.quia eãdem propoſitionem hic expoſitam aliter exponit hic.& aliter ibi:ſed ad hoc dicimus quod forte peccauit per obliuionem dum dicit quod in phyſicis per cauſas intellexit illud quod eſt commune omnib⁹. Aut aliter quod primo phyſi.quando ipſe expoſuit per cauſas fines locutus fuit ſecundũ ſententiam Alexan.ſicut dicit ipſemet hic: inquit enim: & ſic expoſuit ipſe Alexander: vt mihi videtur in. 12.meta. 23.commen. licet exponat iſtam eãdem propoſitionẽ quæ ponitur in tex.primo.primi phyſico.dũ exponit cauſam pro cõmuni.ad oẽs cauſas.dico ꝙ locutus eſt ſecundũ propriã ſententiã.Aut tertio & magis iuxta realem ſolutionẽ prius datum inſiſtendo:ideo Auerr.idem verbum aliter exponit hic: & aliter in metaphyſicis:vt oſtenderet nobis diſtinctionem huius verbi cauſa : qꝛ videlicet quandoꝗ poteſt ſumi communiter:& quãdoꝗ proprie.& dũ communiter accipitur poteſt ſumi pro omni cauſa. quando vero ſumit proprie:dicitur ſolum de fine. Et tunc dico ꝙ cauſam hic ſumpſit proprie:cauſam vero.12.met.23.ſumpſit cõmuniter. Quarta cõtradictio ſup cõmento primo eſt:quia hic dicit ꝙ metaphyſica cõſiderat tria genera cauſarũ,ſcilicet mouentẽ formalẽ,& finalẽ. Huius tñ oppoſitũ inuenimus ab ipſo.2.meta.com.6.vbi dixit, metaphyſicũ cõſiderare oĩa genera cauſarum.Similiter tertio meta.cõmen.3.&.12.meta.cõmen.6. dicit.metaphyſicum duo genera cauſarum conſiderare,ſcilicet formam & finẽ.Sed ad hoc ſoluentes dicimus ꝙ refert apud me plurimum dicere aliquem artificem cõſiderare quatuor genera cauſarum:& ipſum cõſiderare

M Finis.

N Elemẽtum.

O Materia.

P 4

Solutio.

ſiderare quatuor prima genera cauſarum. Similiter refert aliquẽ artifi‐
cem conſiderare omnes cauſas ſub rationibus vniuerſalib⁹: & eundem
Q conſiderare eaſdem ſub rationibus proprijs. Et tunc dico ꝙ cũ in omni
generę cauſæ ſit deuenire ad vnum primum in illo genere: ſicut probat
Philoſophus. 2. meta. dico quod duo prima genera cauſarum conſiderat
metaphyſicus: & duo prima conſiderat naturalis. Prima enim forma: &
primus finis a metaphyſico conſiderantur: ſicut ſcribit Commentator
3. meta. commẽ. 3. & 2. meta. commẽ. 6. Et huius ratio eſt: quia ratio pri
mæ formæ quatenus prima forma eſt. & ratio primi finis quatenus pri‐
mus finis eſt abſtrahit a motu: & tranſmutatione: ſicut colligitur ex in‐
tentione Auerro. 7. meta. commen. 5. & 9. Prima autem materia & pri‐
R mum mouens conſiderantur a naturali: quia ratio primæ materiæ: & pri
mi mouentis eſt ratio concernens: vt ſic motum & tranſmutationẽ. Di‐
uiſerunt igitur ſibi hęreditatem iſtæ duæ ſcientiæ: naturalis ſcilicet &
diuina: & ex quatuor primis cauſis duas primas cauſas vendicauit ſibi
naturalis: & duas primas appropriauit ſibi diuina. Vlterius dico quod
diuina omnes cauſas conſiderat ſub rationibus vniuerſalibus & tranſ‐
S cendentibus: nam materia prima de qua minus videtur ſub ratione qua
ſubſtantia: & ſub ratione qua ens ſeu potentia a diuino conſideratur:
ſicut patet. 7. meta. commen. 9. & 2. phyſico. 21. & 12. meta. commen‐
to. 14. & alibi frequenter. Materia tamen ſub ratione propria conſide‐
ratur a naturali, vt ſcilicet eſt principium tranſmutationis. ex quo ali‐
quid fit vt in exiſtente: ſicut patet. 7. meta. commen. 9. Ita etiam dicas de
primo mouente quod ſub ratione qua ens & ſubſtantia ſeu actus a me‐
taphyſico conſideratur ſub ratione qua mouens a naturali. Et breuiter
quodlibet genus cauſæ ſub rationibus vniuerſalibus a diuino conſide‐
ratur. Et hoc ſonat authoritas Auer. 2. meta. commen. 6. vbi ſcribit: &
conſideratio vniuerſalis in eo: quod ſunt cauſæ eſt huius ſcientiæ, ſcili
cet diuinæ recte dixit vniuerſalis: quia ſub rationibus vniuerſalibus, vi
delicet ſicut eſt ratio cauſæ ratio actus & potẽtiæ: ratio entis: ratio ſub‐
ſtantiæ & huiuſmodi: ſub iſtis rationibus omnes cauſæ a diuino conſi‐
derantur: omnes etiam cauſæ conſiderantur a naturali: vt quælibet dat
T eſſe per motum, non vt dat eſſe abſolute: ſicut etiam ſubtilis Scotus de‐
clarat in primo ſuæ meta. q. prima. Et Albertus magnus ſuper. 2. phyſi.
ſuper text. 27. Sed quomodo diuinus tria genera cauſarum conſide‐
rat. Ad hoc dixit Burleus in præſenti loco quod hoc eſt quantum ad
illam partem quæ conſiderat de abſtractis ſubſtantijs in quibus non eſt
materia: ſed iſta ſolutio conſueuit a modernis moleſtari: quia a pari na‐
turalis in. 8. phyſi. vbi agit de primo motore: qui eſt a materia ſeparat⁹:
diceretur abſtrahere a materia. Et propter hoc aliter ipſi reſpondent &
dicunt quod metaphyſicus ſolum tres cauſas conſiderat: vt cauſæ ſunt,
ſcilicet formam: finem: & efficiẽs. nam hæ communes ſunt abſtractis &
materialibus ſub ratione qua cauſæ: ſed quia materia vt materia non eſt
communis abſtractis & materialibus: ideo ſolum illam conſiderat ſub
ratione potentiæ quæ eſt vna de differentijs entis. Diuinus enim conſi‐
derat abſtracta a materia & a motu: vel per eſſentiam: vel ſaltem per in‐
differentiam: ſicut eſt ſententia Auic. in primo ſuæ meta. cap. 2. ſed iſta
opinio non poteſt ſtare. primo quantum ad inſtantiam contra Burleum

dico

dico ꝙ non cogit:quia diuinus quiditatiue conſiderat abſtracta a materia:& ideo in illa parte in qua diuinus agit de abſtractis ſubſtãtijs recte poteſt dici quod in illa parte abſtrahit a materia. Naturalis autẽ in illa parte in qua agit de abſtractis non dicitur agere de eis:niſi quantum ad ſi eſt:non quantum ad quid eſt:vnde quantũ ad ea quæ quiditatiuꝫ a naturali conſiderantur.dico quod in eis reperitur ratio materiæ vel habitudo eſſentialis ad materiam:ſumo autem materiam hic analogice:ſicut noſti ex via Auer. Et propter hoc dixit Commen.in.2.phyſi.commen. 70.quod oportet naturalẽ dare in reſponſione omnes cauſas:quoniam in ſciẽtia naturali apparet materia.& in quo eſt materia ſunt omnes cauſæ. Artifex ergo aliquis dicitur proprie a materia abſtrahere quantum ad conſiderata quiditatiue ab eo:non quantum ad ea quæ ſolum quantum ad ſi eſt conſiderat. Scientiarum enim ſpeculatiuarum diſtinctio V eſt penes quiditatiuam conſiderationem:& non penes ſimplicem inuentionem conſideratorum:ſicut patet ex ſentẽtia philoſophi.6.meta.tex. commento.2.&.2.phyſi.text.commen.26. vbi ponitur terminus phyſicæ conſiderationis:quicquid igitur ſit de reſponſione Burlei in ſe: dico quod inſtantia modernorum non cognoſcit contra illam. Peccat iterum reſponſio modernorum in eo quod dicunt quod diuinus conſiderat ſolum tres cauſas:vt cauſæ ſunt:non autem materiam diuinus conſiderat:vt cauſa eſt:ſed ſolũ vt potentia:ſed iſta reſponſio eſt purus error. Nam Commentator.2.metaphy.commẽ.6.dicit ꝙ cõſideratio vniuerſalis in omnibus cauſis in eo ꝙ cauſæ ſunt:eſt huius.ſciẽtiæ ſcilicet diuinæ. Ecce ꝙ dicit in omnibus cauſis:& nõ in tribus. Nec obſtat dictũ ipſorum: ꝙ quia materia non eſt communis materialibus & abſtractis: ideo non conſideratur a diuino ſub ratione qua cauſa:quia tunc cũ ratio lapidis non ſit ratio communis abſtractis a materialibus:ſequeretur quod lapis non poſſet a diuino conſiderari ſub ratione qua ens:vel ſub ratione qua cauſatum eſt abſolute : quod eſt contra philoſophum in proœmio meta. &.4. meta.text.commen.primi. &.6.meta. ad principiũ:qui vult ꝙ diuinus conſiderat ens inquantum ens: & omnia inquãtum entia:& vt cõtingit. Licet igitur ratio materiæ conſideratæ non ſit cõmunis abſtractis & materialibus:quia tamẽ ratio cauſæ quæ eſt ratio ſub qua materia cõſideratur eſt ratio indifferens ad materialia & abſtracta.iuxta illud Aduer.12.meta.com.29.in ſubſtantia æterna inueniunẽ cauſæ quæ per ſimilitudinẽ dicuntur cauſæ cũ cauſis generabilibus & corruptibilibus.& eandem ſentẽtiam habet ibidẽ com.44.&.4.cæli. com.primo.& ſecũdo de genera.cõ.51. ꝓpter hoc dico ꝙ materia a diuino etiã cõſiderat:vt cauſa.vnde ꝓpoſitio iſta,materia eſt cauſa eſt diuinæ cõſiderationis:ſicut iſta materia eſt ens in potẽtia. ſicut enĩ potentia & actus ſunt de differẽtijs entis:ita cauſa & cauſatum. Et licet materia in ſuo genere non niſi per trãſlationem cauſalitatẽ habeat ſupra cõpoſitũ:prior tñ eſt ratio cauſandi ſecundũ naturã ꝙ̃ ratio mot⁹ & trãslatiõis. Et ideo in illo priori ad diuinũ ſpectat. Abiectis igit aliorũ ſolutiõib⁹.dico ꝙ diuinus debet tria genera cauſarũ cõſiderare ꝓprie pro ꝗto forma & finis & efficiẽs idẽ ſunt ſubiecto:& ſola ratiõe diſtinguũtur.12.meta.cõ.6. Et quia materia prima nõ coincidit cũ aliquo iſtorũ: ideo materiã diuinus nõ cõſiderat:niſi ſub rationib⁹ trãſcendentibus: X

& breuiter

& breuiter concordia in omnibus dictis Auer. conſiſtit in hoc puncto, vt dicamus diuinum ſub rationibus cõmunibus omnes cauſas cõſidera re ſub rationibus trãſcendentibus tres tantũ pro quãto in vnũ ſubiecto coincidũt: vt vero cõparatur naturali diuinus quo ad quatuor prima ge nera cauſarum ſic appropriate naturalis duo prima conſiderat.ſ. materiã primã: & primũ mouens: ſicut patet. 17. meta. com. 6. ex ſententia Alexã. primus aũt finis & prima forma a diuino appropriate conſiderantur. Et hoc eſt qđ eleganter dixit Auer. in. 7. meta. com. 5. vbi dicit ꝙ prima di uiſio ſecundũ quam diuiditur ens eſt in ſubſtantiam & accidens. Et iſta quæſtio differt ab illa quæ eſt in ſciẽtia naturali: qm̃ iſta quæſtio inducit ad ſciendum primã formam omnium entium & vltimum finẽ. Et prima quæſtio quã incæpit in ſciẽtia naturali inducit ad ſciendũ primã materiã & formas naturales & primũ motorem. Et hanc eandem ſententiã ſcri bit Cõmen. primo phy. in ſuo prologo. vbi dicit ꝙ naturalis habet co gnoſcere cauſas primas ſecundũ ꝙ poſsibile eſt cognoſcere in hac ſcien
Y tia: ſicut materiã primã & mouẽs primũ. Forma aũt prima & primus fi nis a metaphyſico conſideratur. Ita eñ iacet vera litera in antiquiſsimo codice manu ſcripto: & ſic caſtigaui. Et concordat hoc Auer. 2. met. cõ. 3. vbi dicit, ſciẽtia naturalis conſiderat de duabus primis cauſis. ſ. moto re & materia. Iſta autem de duabus vltimis. ſ. forma & fine. Nota igiť be ne iſtã ſolutionem: quia nullus ante nos vidit veritatẽ in hac materia: ſi cut videre potes. Quinta contradictio eſt in eodẽ cõmento primo. ibi
5 enim in expoſitione ꝓbationis maioris per prima principia exponit pri mũ agens & vltimum finem omniũ rerũ ex quo videtur ꝙ vltimus finis omnium rerũ a naturali conſideretur. Nos aũt inuenimus oppoſitum hu ius. 7. meta. com. 5. Et. 3. meta. com. 3. Et. 12. meta. cõ. 6. vbi dicit vltimũ finem omnium rerũ a diuino conſiderari. Sed ad hoc ſoluentes dicimus qđ naturalis conſiderat vltimum finẽ omnium rerũ naturaliũ. Dicimus autem: conſiderat vltimum finem omnium rerum ſimpliciter & abſolu
Z te: ſicut in ſimili dicit Cõmen. ꝙ de principijs ſubſtãtiæ quatenus ſub ſtãtia eſt conſiderat diuinus: de principijs aũt ſubſtãtiæ ſenſibilis quate nus ſenſibilis eſt cõſiderat naturalis. 12. meta. primo. 5. & 6. commentis.
Sexta cõtradictio eſt in tex. cõ. 4. quia ibi philoſoph⁹ & Cõmẽ. vult
6 ꝙ ab vniuerſalibus ad particularia ſit in ſciẽtia ꝓcedendũ. Huius tamẽ
A oppoſitũ inuenimus ab ipſis in. 2. poſterio. tex. cõ. 21. vbi dicit ꝙ facili⁹ eſt ſingulare diffinire quã vře: vnde oportet ex ſingularibus in vřia aſcen dere: namq; æquiuocationes latent magis in vřibus quã in differentibus ſpecie. Reſpõdetur qđ nulla eſt cõtradictio. Nam philoſoph⁹ hic loqui tur de ordine doctrinæ qui ordo non eſt aliquod genus demonſtratiõis: ſicut dixerunt vulgares: ſed eſt reſpectus quidam ſecundũ prius & poſte rius: qui fundantur in ſcibilibus ſciẽtiæ. Et de iſto reſpectu loquutus eſt philoſophus ibi. & Commẽ. qñ dixit ꝙ ex vniuerſalibus ordine doctri næ ad particularia. ſ. ad minus vniuerſalia ſcibilia debet ordo ſciẽtiæ na turalis attẽdi: ſed in poſterioribus loquutus fuit de diffinitione quæ inue ſtigari habet p viã diuiſiuã & cõpoſitiuã & reſolutiuã ſicut dicit L in cõmẽtis in illo loco. Et dixit ꝙ facilius eſt diffinire ſpeciẽ quę ſingulari bus eſt cõis & ꝓxima quã genus qđ eſt cõe ſpecieb⁹ ꝓpter latẽtiã æqui uocationũ exiſtentẽ in ipſo genere: ſicut etiã patet. 7. phyſi. tex. com. 31.

Septima

Septima contradictio eſt in com. 17. vbi habet totum nihil aliud eſt quam ſuæ partes. Huius tamen oppoſitum inuenimus. 7. meta. text. cō. vltimi & alibi frequenter, iſta contradictio eſt ſatis difficilis, omnes tamen Auerroiſtæ currunt eodem curſu dicentes de intentione eius fuiſſe totū nihil aliud eſſe quam ſuas partes ſimul ſumptas. Et pro hoc facit auctoritas Auer. 7. meta. cō. 20. vbi habet ꝙ ſortes nihil aliud eſt quā animalitas & rationalitas. Et infra ibidē cō. 44. dicit ꝙ in indiuiduo nō eſt niſi materia & forma ex quibus cōponitur. Et philoſophus 2. de anima. tex. cō. 10. ꝙ vt pupilla viſuſq; oculus eſt, ſic anima & corpus animal, dicunt inſuper ꝙ totū eſt aliud a ſuis partibus diuiſim ſumptis. Et primo modo dicūt Auer. loquutū fuiſſe hic, ſecūdo vero modo loquutus eſt. 7. meta. cō. vlti. Et in alijs locis vbi videtur oppoſitū ſentire, & iſtā ſententiā etiā impoſuit Auer. Subtilis doctor in. 3. ſententiarū, diſtinct. 2. q. 2. Nobis aūt videtur ꝙ nō ſit vniuerſaliter verū de intētione Auer. hoc manifeſtū eſt eīn ſi totū quodlibet nil aliud eſſet quam ſuæ partes ſimul ſumptæ, tūc mixtū ex quatuor elemētis nil aliud eſſet quā quatuor elemēta ſimul ſumpta, & ſic nō haberet aliquā formā ſuperadditā formis elemētorū per quā eſſet hoc aliquid, & vnū ens, quod eſt cōtra Ariſt. in fine primi de generatiōe, & cōtra Auer. 2. cæli. cō. 67. Et. 7. meta. cōmen. 60. dicit ꝙ caro nō eſt terra & ignis, ex quib⁹ cōponitur, ſed eſt aliquid aliud additū, & eandem ſententiā habet primo de aīa. cō. 77. & primo de generatione. 84. & primo meta. cō. 12. Nec valet dicere ad hoc, ſicut quidā dicūt ꝙ elemēta non ſunt partes mixti, qa quælibet pars mixti mixta eſt. Nā elemēta ſecūdū Auer. formaliter ſunt in mixto, & ſunt partes materiales eius. amplius Cōmen. 3. de aīa. cō. 5. in ſolutiōe ſecūdę. q. principalis. d. qđ ex intellectu & intelligibili fit verius vnū quā ex materia & forma. Et reddēs cauſam ſui dicti ſubdit, qđ enim componitur ex eis non eſt aliquod tertium aliud ab eis, ſicut eſt de alijs compoſitis ex materia & forma. Ecce quod vult expreſſe cōpoſitum dicere tertiam entitatem diſtinctam a partib⁹ etiā ſimul ſumptis: nam ſi ſic non intelligeretur dictū ſuū non eſſet ad propoſitū. Amplius Commen. 5. meta. cō. 6. in fine commen. d. quod in cōpoſitis eſt natura addita naturæ componentiū, ſcilicet illud quod fit ex cōpoſitione quid clarius. Amplius Commen. 7. meta. com. 26. habet generatū componitur ex materia & forma, & eſt aliud ab eis, ecce quod dicit qđ eſt aliud: & hoc non dixiſſet, ſi tenuiſſet cōpoſitū non ſuperaddere aliquā naturā partibus cōponentibus. Amplius ibidē. com. 27. dicit in natura hac, ſcilicet ſingulari ſunt tria materia, forma, & aliquid quaſi medium, id eſt, mixtū inter materiā & formā, ecce qūo ponit tertiā entitatē. Amplius Philoſophus. 2. de aīa. & Commē. diuidūt ſubſtātiā, text. com. 7. & 8. meta. tex. com. 3. & 12. meta. tex. com. 14. in tres, ſcilicet in materiā, formam & cōpoſitū. Et dicūt quod ſubſtantiarū quædā eſt materia, quæ non eſt per ſe hoc. Et quædā eſt forma per quā res eſt hoc. Eſt aūt tertia & eſt illud quod fit ex ambobus: ecce quod volūt ſubſtātiā cōpoſitā eſſe vnā tertiā ſubſtātiā, aliā ab ambobus: ſi aūt ſubſtantia cōpoſita nō eſſet niſi materia & forma ſimul, tūc ꝓprie nō diceret ſubſtātia tertia, ſed eſſent duę ſubſtātiæ ſimul, quod eſt cōtra oēm philoſophiā. Amplius cōmē. 2. phy. cō. 4. cōparās materiā formā & cōpoſitū adinuicem dicit,

B
7
Totum.

Anima & corpus animal inſtātia

C
Mixtio.

dicit, cōpoſitū igitur eſt dignius habere hoc nomē ſubſtātia quā materia, quia eſt in actu, & materia eſt in potētia. Et forma eſt dignior habere hoc nomē ſubſtantia quā compoſitū, qm̄ per illā compoſitum eſt in actu. Et cauſa rei eſt dignior cauſato patet aūt ꝙ inter cauſam & cauſatū cadit realis diſtinctio ſecundū principia omniū philoſophorū & theologorū nullus em̄ intellectus capere poteſt, ꝙ aliquid ſeipſum cauſet, ſicut colligitur ex intentione philoſophi. 2. de anima, tex. com. 47. & ex intentione diui Aug. in primo de trinitate. Vnde ſi ſubſtātia compoſita nil aliud eſſet quā materia & forma ſimul ſumptæ, accideret formā eſſe

D ſuimet cauſam, & ita etiā de materia. Et cōfirmatur, certū eſt ꝙ materia & forma ſunt duæ cauſæ reales intrinſecæ ipſius cōpoſiti, vel igitur cauſant aliquid reale vel nihil: ſi nihil, pro nihilo habeatur: ſi aliqd, illud vel eſt aliquod abſolutū vel aliquod reſpectiuū. Et ſi abſolutum, vel erit ſubſtātia, vel accidens, nō poteſt dici ꝙ ſit accidens, quia tunc generatio ſubſtātialis nō diſtingueretur ab accidētali. Si igitur ſit ſubſtātia, tūc vel eſt ſubſtātia formæ, & hoc nō, quia forma nō eſt cauſa intrinſeca formæ, nec etiā materia eſt cauſa eſſentialis intrinſeca formæ, vel eſt materia. Et hoc nō propter eandē rationem, ergo oportet ꝙ iſta ſubſtantia ſit quædā ſubſtātia tertia, alia a ſubſtātia formæ & materiæ. Nec valet reſponſio chimerica quæ conſueuit dari ꝙ cauſalitas materiæ & formæ terminatur non ad formā abſolute, nec ad materiā abſolute, ſed ad materiam & formam ſimul. Sed cōtra, ſimultas iſta eſt re

E latio, modo relatio non poteſt eſſe primus & per ſe terminus generationis ſubſtantialis, licet ſit conditio neceſſaria ad illam. Amplius ſequitur aliquid cauſare ſeipſum, quia forma cum materia erit cauſa formæ cum materia, ſi enim compoſitum nō dicit niſi formam cum materia cū ſit verū dicere formā cū materia cauſare cōpoſitū ineuitabiliter, ſequitur ſicut vides idē cauſare ſeipſum. Amplius omnis motus & omnis mutatio per ſe vna debet habere per ſe vnum terminum. Si generatio igitur eſt per ſe vna, mutatio ergo habet per ſe vnū terminū. Si autem compoſitum quod eſt terminus per ſe generatiōis. 7. metaph. 26. & 27. & 31. com. nil aliud eſſet niſi ſuæ partes ſimul ſumptæ, tunc ibi nō eſſet aliquid per ſe vnum, ſed duo, materia enim & forma ſimul ſumpta non ſunt vna ſubſtantia, ſed ſunt duæ ſubſtantiæ. Et confirmatur, omne qđ per accidens dicitur generari, eſt ratione alicuius quod per ſe generatur, ſed tam materia quam forma per accidens dicuntur generari. 7. meta. cōmē. allegatis, ergo vltra materiam & formam eſt aliqua ſubſtantia quæ

F per ſe generatur. Et iſta non eſt niſi ſubſtantia compoſita. Nec valet ſi dicas ꝙ materia & forma ſimul eſt illud quod per ſe generatur, quia vt ſupra dictum fuit, tunc contingeret reſpectum aliquem eſſe primum & per ſe terminum generationis ſubſtantialis, quod nullus ſani capitis cōcedit. Nec valet ſi dicatur, vt quidam imperiti dicunt ꝙ partes diuiſiuæ cauſant ſuum totum, & vt ſic non ſunt ſuum totum, partes vero collectiuæ non cauſant ſuum totum, & hæ ſunt ſuum totum. Sed iſtud dictum eſt adeo fatuum, quod forte eſſet magis fatuum ipſum improbare. Ariſto. 8. metaphy. in tex. commen. 15. oſtendit ideo ex forma & materia fieri vnum per ſe, quia illud potentia, illud vero actus, nunquam enim reperitur ab Ariſto. nec ab aliquo peripathetico quod materia ſit

cauſa compoſiti ſine forma, vel forma ſine materia, ſed ſemper inueni-
mus materiam & formam ſimul cauſas eſſe compoſiti, vnde Albertus
cognomento magnus ſuper. 17. tex. 2. phy. dicit expreſſe materiam eſſe
cauſam cõpoſiti, vt eſt formę ſubiecta, ſicut etiam eſt cognitionis princi
pium, vt ſtat ſub forma. Et Auer. 8. phy. com. 4. expeſſe habet ꝙ impoſ G
ſibile eſt aliquid generari a materia, vt intelligitur nuda a forma. Stat igi
tur argumentum ſuperius factum, quod ſit compoſitum nil ſit aliud quã
forma & materia ſimul, cum materia & forma ſimul ſint cauſæ compo-
ſiti, tunc idem eſſet cauſa ſuimet & eodem modo, quod eſt merum im-
poſsibile. Amplius Commen. expreſſe contradiceret ſibi, & Ariſt. 8. me
ta. tex. com. 15. vbi ponunt oppoſitum per ſe habere maiorem vnitatem
quam compoſitum per aggregationem, quod non eſſet verum, ſi compo
ſitum ſubſtantiale nihil aliud eſſet quam ſuæ partes ſimul ſumptæ, quia
ita etiam eſt de compoſito per aggregationem, vnde Commen. com. vlti
mo. 7. meta. hanc ponit differentiam inter compoſita per ſe & compoſi-
ta per contactum, quia in compoſitis per contactum non ſit vnum niſi
per contactum, ſed in compoſitis per ſe ex partibus componentibus ſi- H
mul congregatis ſit vnum additum aliud a componentibus. Et ideo nõ Reſponſio.
poſſum non mirari quomodo iſti ſuperficietenus conſiderantes impo-
nant iſtam poſitionem manifeſti erroris ipſi Auer. cum tamẽ ipſi ſe eme
ritos in via eius opinentur. Ad auctoritates omnes Auer. in oppoſitũ
quæ videntur ſonare totum nihil aliud eſſe quam ſuæ partes ſimul ſum-
ptæ. Reſpondetur quod hoc eſt verum conſtitutiue & integratiue, quia
nihil aliud intrinſece per ſe concurrit ad totius conſtitutionem quam
ſuæ partes ſimul ſumptæ. Cum hoc tamen ſtat quod entitas totius ſit
alia ab entitate partium etiam ſimul ſumptarum, aut aliter non eſt to-
tum aliud a partibus ſimul ſumptis, verum eſt aliud diſtinctum loco & 8
ſubiecto, bene tamen eſt aliud ſecundum rem ipſam.

Octaua cõtradictio eſt in cõmento. 18. ibi eñ ex ſentẽtia Auer. vr̃ col I
ligi ꝙ nullũ indiuiſibile ſit in prædicamẽto. Et ita habitꝰ intellectuales Inſecabile.
cum in indiuiſibili conſiſtant non videntur eſſe in prædicamento, cuius
tñ oppoſitum inuenimus in prædicamentis ab Ariſto. ca. de qualitate &
alibi. Niſi eſſet quod via Auer. eſt iſta, ſicut patet ab ipſo ſuper Porphy
rio cap. de ſpecie, &. 2. cæli. cõ. 49. ꝙ ſolum materialia & corruptibi-
lia ſunt in prædicamento. Et ideo ipſe poſuit genus generum prædica-
menti ſubſtantiæ non eſſe ſubſtantiam, ſed corpus compoſitum ex ma-
teria & forma, vnde deus intelligentiæ non ſunt in prædicamento, & iu
xta hoc dixit hic in com. 18. primi phy. ꝙ omne quod eſt in aliquo de- L
cem prædicamentorum eſt diuiſibile, aut per ſe, aut per accidens. De ha
bitibus autem intellectualibus exiſtentibus in noſtro intellectu dicen-
dum puto in via eius quod ſi conſiderentur ratione phantaſmatum cum
quibus ſunt colligati, ſicut patet. 3. de anima. cõ. 30. & 39. ſic tales ha-
bitus ſpectant ad prædicamentum qualitatis, quia vt ſic continuõ & tẽ-
pori ſubduntur, iuxta illud philoſophi. 2. & 3. de anima, noſtrum intel- M
ligere ſit cum continuo & tempore. Si autem habitus intellectuales cõ-
ſiderentur, vt ſunt in intellectu poſsibili, vt ſic conſiſtunt in indiuiſibi
li. Et vt ſic non ſpectant ad aliquod prædicamentum ſecundum viam
eius, elicio iſtam diſtinctionem ex cõmen. 5. tertij de anima. in ſolutione

primæ quæſtionis. Et ſi tu habes ſubtiliorem modum dicas illum, quia
facile eſt inuentis addere.

Nona contradictio eſt in tex.cō.24. quia ibi dicitur aliquid moueri
N 9 poſſe ſecundum partes toto remanente immobili. Huius tamen oppoſi
tum inuenimus.4.phy.cō.43.contra Themiſtium, ſi intelligatur dictū
iſtud de omnibus partibus, quia ſecundum ipſum totum nihil aliud eſt
quam ſuæ partes maxime loquendo de toto integrali. Si autem intelliga
tur dictum ſuum de vna parte, iterum hoc videtur falſum eſſe, quia.5.
met.tex.cō.8.mota vna parte continui totum mouetur. Ad hoc dici po
teſt ꝙ dictum philoſophi & Commentatoris verificari poteſt hic, vt di
camus ꝙ partibus totius motis ſecundum materiam ſtat totum immo-
bile eſſe ſecūdum materiam, ſicut declarat Commen.6.phy.cō.85. ſed
quando.4.phy.cō.43.negat hoc, dico ꝙ non habet illud pro inconue-
nienti de motu ſecundum materiam tantum, ſed de motu tam ſecūdum
formam quam ſecundū materiam. Aut aliter & magis iuxta literam ſeda
ri poteſt iſta controuerſia, vt dicamus Auer.contra Themi.4.phyſi.43.
O locutum fuiſſe de omnibus partibus, hic vero de vna parte tantum. Et
hoc conſonat literæ dicenti, ſicut enim pars vna &c. Alij autem dixe-
runt.4.phyſi.Auer.locutum fuiſſe de motu locali puro, hic vero de
motu indifferenti ad purum & non purum. Et multi formantur caſus
de rarefactione & condenſatione in quibus oſtenditur manifeſte totum
non mutare locum qualibet parte mota, vt ſi aer rarefiat ſecundum vnā
medietatem verſus aliam medietatem, ſed alia medietas tantum conden
ſatur vltima ſuperficie remanente immobil quantum prima rarefit, tunc
totus aer non mutat locum. Et tamen quælibet pars mouetur, nec in ta
li motu oportet quicquid eſt illius moueri, vltima enim ſuperficies eſt
immobilis, ſimiliter formatur alius caſus in quo aliquid mouetur ali-
quo eius quieſcente, ſicut ſi vna pars mouetur rare faciendo verſus vnū
extremum, & alia verſus aliud, tunc ſuperficies media remaneret immo
bilis, quia non magis haberet moueri ad vnam partem quam ad aliā hic
& alia dici conſueuerunt quæ gratia breuitatis omittimus alibi diffu-
ſius pertractaturi domino concedente.

10 Decima contradictio eſt in eodē cō.24. quia ibi.d.ꝙ opinio dicens
omnia eſſe vnum in ſubſtantia non poteſt verificari, niſi ſecundū illud
ex quo generatur, ſcilicet materia, ꝙ autem entia ſint vnū in forma im-
poſsibile eſt opinari, videtur velle omnia entia materialia communicare
poſſe in eadem materia. Huius tamen oppoſitum inuenimus in.8.phy.
cō.46.vbi ex diuerſitate materierum infert diuerſitatem formarū con-
tra Auic.niſi eſſet ꝙ materia duplex, remota & propinqua, materia re-
mota eſt vna omnium per indifferentiam & priuatiue.12.meta.cō.14.
ſed materiæ propinquæ ſunt plures, & ſunt diſtinctæ ſecundum forma- *Materia bifaria dicit.*
rum numerū & diſtinctionē. Et hoc tenet expreſſe philoſophus.8.met.
tex.cō.11.de materia igitur remota dictum Auer.hic habet locū, de ma-
teria aūt propinqua verificatur dictum ſuum in.8.phy. Et ex iſto com-
mento poteris colligere ꝙ diſtinctionis prima radix eſt ipſa forma, iu-
xta illud phyſi.7.met.49.actus ſeparat & diſtinguit, & ideo diſtinctio
in formis entium eſt manifeſtior quam in eorum materijs. Et ideo dicit
Auer.in fine iſtiꝰ cōmēti.24.ꝙ aūt entia ſint vnū in forma impoſsibile

eſt opinari.homo eẽ manifeſtũ eſt ꝙ eſt ali⁹ ab equo ſecũdum formam.
Vndecima contradictio eſt in com.28.quia ibi.d.partes diffinitionis
eſſe reales.Huius tamen oppoſitũ inuenimus primo phyſi.cõ.5.vbi par 11
tes diffinitionis appellat partes ſecundum imaginationem.Et.7.meta.cõ
mẽ.33.43.&.46.idem ſentire videtur.Niſi eſſet quod de partibus diffi-
nitionis dupliciter poſſumus loqui:vel fundamentaliter:vel formaliter. Diffinitio
Et primo quidem modo ſunt reales:nam.7.met.43.genus ſumitur a ma
teria.Et differentia ſumitur a forma:ſicut etiam habet ipſe Commenta- Q
tor.2.cæli.commen.49.Et iuxta hoc dixit ipſe primo de anima cõmen.
7.quod partes diffinitionis ſumuntur a diuerſis principijs quæ ſunt in
re:&ita etiã loquit in præſenti loco dum dicit:ꝙ aĩal qđ eſt genus ho-
minis:& bipes quod eſt eius differentia ſunt entia in rei veritate:nã par-
tes rei quæ ſunt ſecundũ diffinitionem præcedunt rem in eſſe.loquendo
autem de partibus diffinitionis formaliter:ſic illæ ſunt partes ſecundum
imaginationẽ & ſecundũ rationẽ:prædicata eñ quiditatiua de intẽtione
ei⁹ ſunt ab intellectu:ſicut eſt gen⁹ & differẽtia:ſicut colligitur ex ſentẽ-
tia eius primo meta.cõ.45.vbi habet quod Ariſto.opinabatur quod in-
tellecta rerũ notificant ſubſtantias rerum:& non ſunt ſubſtantiæ earum.
Et iſto quidẽ modo loquitur de partibus diffinitionis.primo phy.com.
5.& in alijs locis vbi videtur dicere quod ſunt a ratione & non reales.
Duodecima contradictio eſt in commento.29.vbi ad principium.d. 12
partes diffinitionis præcedere diffinitum non diffinitum præcedit diffini
tionem.Huius tamen oppoſitũ inuenitur primo phyſi.tex.commento.5.
Reſpondetur,non inconuenire totũ præcedere partes:& præcedi a parti-
bus ſecundum diſtinctas rationes.Auer.enim.7.meta.commen.35.habet
quod prioritas totius ad partes eſt prioritas formæ ad materiam:priori-
tas autem partium ad totum eſt prioritas materiæ ad formã.Ita in propo
ſito partes diffinitionis præcedunt diffinitum ſimpliciter:& cognitione
diſtincta:diffinitum autem præcedit partes diffinitionis quo ad nos:&
cognitione confuſa.
Decimatertia contradictio eſt in cõmen.32.vbi recitans opinionem 13
Anaxa.de mundo.dicit ipſum poſuiſſe mundum factũ a principio:ſed a R
parte poſt voluit ipſum in infinitum permanere.Huius tamen oppoſitũ
inuenitur primo cæli commento.102.vbi recitans quatuor opiniones de
mundo dicit,quod opinio Anaxa.fuit mundum eſſe generabilem & cor
ruptibilem. Et hanc eandem ſententiam habet.8.phyſi.com.2.Aliqui
voluerunt conciliare iſtam controuerſiam dicentes literam commenti
eſſe deprauatam.Et volunt quod vbi eſt Anaxa.debet ſtare Anaximan-
der.ſed iſtud non poteſt ſtare quia etiam textus Ariſt.loquitur de Ana-
xagora & Empedo.quomodo differebant in generatione mundi pro-
pter hoc aliter dicẽdum puto cum Alberto magno ſuper primo cæli.tra
cta.4.ca.primo.vbi habet quod Empedo.& Anaxa.differebant circa ge
nerationem & corruptionẽ mundi ſic.quia Anaxa.poſuit mundũ incepiſ
ſe per generationẽ:& dixit ipſum corrũpi:nunꝗ tñ idẽ numero reiterabi
tur.Empedo.autẽ dixit mundũ generari & corrumpi:& cum hoc eundẽ
numero reiterari in magno anno qui ſacramẽto deorum cõfirmatus eſt:
qui annus magnus erat ſpaciũ quo ſuperiores orbes & ſtellæ reuertũtur
oẽs ſimul ad principium primum ſui motus:quod non accidit ſecundum

Soluit. Ptholomeum:niſi in.36.milibus annorum. Et ſtante iſta ſententia facile S ſedari poteſt contradictio in Auer.quia quãdo dicit mundũ a parte poſt in infinitũ pmanere: verũ eſt ſecũdũ vnitatẽ ſpecificã:nõ ſecũdũ vnitatẽ numeralẽ:qñ vero.1.cæli.&.8.phy.d.mundũ apud Anaxa.infinities gñari & infinities corrũpi illud veritatẽ habet ſecundũ vnitatẽ numeralem.

14 Decimaquarta contradictio eſt in tex.cõmẽ.41.ibi enim.d.Parmenidem poſuiſſe ignẽ & terrã principia rerum naturaliũ.Huius tamẽ oppoſitum inuenimus primo de anima.tex.com.31.vbi dicitur omnia elementa iudicem acceperunt præter terram. Et eandem ſententiã inuenimus primo meta.tex.com.primi.&.14.Hanc autem contradictionẽ quidam Terra. ſedare conati ſunt dicentes:quod per terram & ignẽ Parmenides. intellexit calidum & frigidum:non ſubſtantiã terræ vel ignis: ſed iſta ſolutio vt mihi videtur dicit totum oppoſitũ illius qd' eſt in textu: nam textus d.Parmenidẽ poſuiſſe calidũ & frigidũ principia materialia rerum.Hæc T aũt appellat terrã & ignẽ:& ſic cõtradictio adhuc eſt in ſuo robore. Dicamus igitur melius quod nullus ex naturaliter loquentibus poſuit ſolam terram eſſe principiũ materiale rerũ:ſicut quidã poſuerũt ſolã aquã vt Thales Mileſius:& quidam ſolum aerem vt Diogenes:& quidam ſolum ignẽ vt Hypaſus Methapontinus & Heraclitus:vt dicitur in erratis primi metaphy.Solum autẽ ponentes leges poſuerunt terram ſolam eſſe principium ſicut Heſiodus qui fuit ex antiquis theolozantibus qui hãc Heſiodus poeta. opinionem metrice figurauit.Non tamẽ negauit Philoſophus vel commentator quin aliquid philoſophici poſuerint terrã vna cũ aliquo alio elemento:vel cum omnibus reliquis eſſe principium materiale. Empedo.enim poſuit quatuor elementa eſſe principia materialia omnium: & litem & amicitiã eſſe principia efficientia:ita etiam Parmenides terrã cũ igne poſuit principium nõ terram ſolam.Solutio iſta colligitur in Auer. 2.phyſi.commen.9.ad finem.vbi habet.Et cum dixit. Et quidam terrã intendebat cum alijs elemẽtis; vt dixit Parmenides terrã & ignẽ. nullus enim dixit ſolam terram eſſe principium ſup.de naturaliter loquentibus.

15 Decimaquinta contradictio eſt in eodem commento.41.vbi habet ꝙ Com.41. figura diuiditur per contraria.Huius tamẽ oppoſitum reperitur.3. cæli. Y tex.commẽ.75.Reſpõdetur qd' aliquid contrariari figuræ dupliciter cõtingit vel vere vel apparenter. Et primo quidem modo figuræ nihil eſt contrarium.Et ſic verificatur dictum philoſophi.3.cæli.75. Secũdo modo poteſt apparenter & ſecundũ famoſitatem aliquid figuræ contrariari. Et ideo dicit Commentator hic.quod figura diuiditur in contrarias differentias ſecundum formam:& in fine commenti ponit documentum dicens.Et notandum eſt quod hoc nomen contrariũ vſitatur hic large:pro contrario & priuatione & habitu:ſiue ſit in rei veritate:ſiue ſecundũ famã:quod contrarium ſecũdum qd' ego credo nos appellamus diſparatũ.

16 Decimaſexta contradictio eſt in commẽ.49.in quo dicit Commenta Com.49. tor quod rarum & denſum ſunt minus vniuerſalia quã magnũ & paruũ; X quia rarum & denſum ſolum ſunt in corporibus ſenſibilibus naturalibus.Magnum autem & paruum comprehenduntur in corporibus naturalibus & mathematicis.Sed huius oppoſitum ſequitur ex commento 84.quarti phyſi.vbi habetur quod raritas & denſitas in ſequuntur quãtitatem.Cum igitur in mathematicis ſit ratio quãti: erit etiam ratio illius quod

quod inſeparabiliter & immediate conſequitur quantitatē. Soluitur
rarum & denſum in via Auer. quādoq; ſumuntur pro qualitatibus ſenſi-
bilibus conſequentibus calidum & frigidum. Et ſic ſolum reperiuntur
in corporibus naturalibus generabilibus & corruptibilibus: quod addo
propter raritatem & denſitatem exiſtentē in corporibus cæleſtibus: quæ
æquiuoce dicitur. vt inquit Commentator. 2. cap. de ſubſtantia orbis. cū
raritate & denſitate iſtorum naturalium. Et ſic loquutus eſt Commenta
tor hic: & 7. phyſi. 11. & 15. & 2. de generatione. commento. 15. Alio mo
do ſumuntur pro diſtantia & approximatione partium quantitatis ad in
uicem: & ſic inſequuntur quātitatem: & vt ſic reperiuntur in mathemati
cis corporibus & naturalibus indifferenter. Et ſic loquutus eſt de raro
& denſo Commentator. 4. phy. com. 84. & 72.

Decimaſeptima cōtradictio eſt in com. 52. vbi. d. qđ ratio coegit anti- 17
quos ad ponēdū principia eſſe contraria. Huius tamē oppoſitū dicit in Cōmē. 52.
tex. cō. 48. ſupra qđ oēs antiq; ſine ratione tāquā ab ipſa veritate coacti
poſuerūt elemēta: & ab ipſis vocata principia eſſe cōtraria. Soluitur
per dicta Auer. com. 48. quia dicit antiquos ſine ratione quoquo modo
poſuiſſe principia eſſe contraria. quia ſine ratione perfecta & demonſtra
tiua: nā vt. d. Commentator ibi inductio induxit eos ad hoc in qua nō in
ducuntur omnia particularia: quādo aūt dixit Commentator com. 52. ꝗ
ratio coegit eos ad dicendum principia eſſe contraria: intelligendum eſt
de ratione imperfecta. Sed tunc eſt dubitatio: nam inductio in qua non Y
inducuntur omnia ſingularia eſt inductio demonſtratiua quæ fit in mate-
ria neceſſaria: in qua idem eſt iudicium de vno indiuiduo: & de omnib9.
2. cęli. cō. 59. Talis autem inductio eſt perfecta ratio: quia non petit: ſi-
cut aliæ inductiones: ſicut patet. 2. priorum. ca. 23. in Auer. Reſponde-
tur quod refert dicere inductionem in qua non inducuntur omnia ſingu-
laria eſſe inductionem perfectam. Et dicere illam eſſe rationem perfectā.
& primum quidem eſt verum præcipue loquendo de inductione quæ fit
in materia neceſſaria. Et ſecundum quidem dictum eſt falſum: ſicut re-
fert dicere aliquid eſſe perfectiſsimum animal: & illud eſſe perfectiſsimū
aſinum: inter ſpecies enim argumentationis ſolus ſyllogiſmus eſt non
perfecta alię vero ſunt rationes imperfectæ: & quaſi obliquitates eius.

Decimaoctaua contradictio, eſt in eodem commen. 52. vbi videtur di-
cere ſubſtantias habere contrarietatem ſecundum formas: non autem 18
ſecundum ſubiectum. Huius tamen oppoſitum reperitur in dictis eius. Cōmen. 53.
5. phyſi. commento. 10. & 8. meta. commento. 5. Soluitur hic loquitur Z
ſecundum mentem Alexan. vt oſtendit ſeries verborum ſuorum: ſed. 5.
phyſico. & 8. metaphyſicæ loquitur ſecundum intentionem propriam.

Decimanona contradictio eſt in commen. 54. ibi enim dicit quod cō 19
trarietas eſt minus ſenſibilis in medijs quā in extremis: ex hoc ſequi vi- Cōmē. 54.
detur quod cum terra ſit extremum: aqua autem ſit mediū: vt etiā hic di- A
citur: ſequitur terram frigidiorem eſſe aqua. & hoc idem formari poteſt Terra aqua
ratione: nam quanto aliquid diſtat a motu cæli tanto illud eſt frigidius: frigidior.
quia vt ſcribit Commentator. 2. cęli. com. 94. Remotio a motu dat gra-
uitatem & quietem & frigiditatem: ſicut vicinitas dat leuitatem & cali-
ditatē & motum: modo ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter ita magis ad ma
gis: & maxime ad maxime. ſi remotio igitur a motu dat frigiditatem.
ergo maior maiorem. Et maxima remotio maximam frigiditatem da-

 bit:

bit:ſed huiuſmodi eſt nature remotio:vt patet.ergo terra eſt primū frigidorū. Huius tamē oppoſitū inuenit in dictis Ariſto.& Cōmen.2.de generatione.tex.cōmen.23.vbi habet terrā eſſe magis ſicci ꝙ̄ frigidi.aquā vero magis frigidi ꝙ̄ humidi.Iſta materia eſt multū dificilis ſolutionis.

B

Variæ opiniones.

Et ſignū dificultatis eius eſt diuerſitas opinantiū.aliqui ꝑpter primā rationē moti & alias ꝙ̄plures tenuerunt terrā aqua frigidiorē eſſe: ſicut Albertus alema.& multi ſequaces.Alij vero tenuerūt aquam eſſe terra frigidiorē ꝑpter auctoritatē philoſophi allegatā in.2.de generatione:& ꝑpter duplicē rationē:vnā a priori:& aliā a poſteriori: quarū quælibet de per ſe innitit quintuplici medio:vt eſt videre in Cōciliatore in differētia.12.Alij vero conati ſunt vtrāq; viā tenere vnica diſtinctiōe conciliātes dicta iſtorū repugnātia.dicūt eñ duplicē eſſe frigiditatē: ſicut eñ duplex eſt caliditas:elementalis & cæleſtis:vt eſt videre.2.de gñatione aialiū.ca.3.&.2.cap.de ſubſtātia orbis.&.12.meta.cō.18. ſic duplicem aiunt frigiditatē eſſe vnā elementalē:& tali aquā frigidiorē inquiūt eſſe terra.

C

Digreſsio pulchra de qualitatib⁹ elemētorū.

Aliā vero cæleſtē:& tali terrā aiunt eſſe frigidiorem aqua: & hac via proceſsit Egidius Roma. Eſt etiā materia iſta dificilis:quia multas ſecū trahit dificultates:quarū vna eſt: vtrū quælibet qualitas in elementis exiſtēs ſit in ſummo vel vna tantū:& ſi fuerit vna tantū:nunquid alia ſit remiſſa ꝑ admixtionē ſui contrarij:nec ne.& alia qdē eſt:vtrū vna & eadē ꝓprietas elemētalis poſsit eſſe eiuſdē ſpeciei cū cōſimili reperta in alio elemēto.& tertia eſt:vtrū duabus qualitatib⁹ in ſummo exiſtētibus in elemētis adhuc mixtio poſſet fieri, vel non: vt videtur velle Auer.4. meteororū.cō.10.& videre modo Thomas de garbo in ſumma ſua.tracta.primo.in ſumma de elemētis.q.ſecunda,multū ſubtiliter proſecutus eſt iſtas dificultates, & declarauit quod opiniones narrate non habent aliquam rationem demonſtratiuam ad adhęrendum potius vni parti ꝙ̄ alteri:quia ſi qua fuiſſet ad hoc ratio demonſtratiua probabile eſt Ariſtote.eam adduxiſſe:ſed ex medijs rationi innixis: quandoq; videtur ſequi vnum:quandoq; videtur ſequi oppoſitum.

D

Senſus iudex.

Et dixit quod illud ſuper quo debemus inniti in hoc quæſito eſt via ſenſus: quia rectiſsimus iudex de qualitatibus tangibilibus eſt ſenſus tactus: & quia per tactum diſcernimus aquam frigidiorem eſſe terra: ideo tenendū eſt hoc hac ſola via:& non propter aliquas rationes quæ omnes ſolui poſſunt: ſicut patet intuenti ipſum.Illud autem quod mihi videtur dicendum in hac materia eſt vnum ꝙ dicere vnum elemētum eſſe frigidius aut calidius altero conuenit dupliciter:vno modo quantum ad gradum & intenſionem formæ:alio modo quātum ad agere & poſſe:ſtat enim primo modo aliquid eſſe calidius altero:nō tamen ſecūdo modo: ſicut flamma ſtupæ eſt calidior intenſiue ferro ignito:ferrum tamen plus calefacit & potentius quā faciat ipſa flamma:ſicut etiam ſenſus oſtēdit. Dico tunc terrā quantum ad gradum eſſe frigidiſsimam:ſicut & aqua. Et hoc ſentit philoſophus primo meteo. vbi.d. expreſſe ꝙ in medio & circa mediū eſt quod grauiſsimū & frigidiſsimum:& ita argumentū primū ex remotiōe a motu credo ipſum demonſtrare ad iſtum ſenſum. Nec obſtat ꝙ vna & eadem qualitas in ſummo reperiatur in duobus elementis vbi fuerit diuerſis aſſociata qualitatibus.

E

Et vbi vna minus principaliter competat vni quā alteri: vnde teneo frigiditatem tam in aqua quam in terra eſſe in ſummo:

ſummo:ſed in aqua eſt humiditati cõiũcta:& in terra vero ſiccitati:aquę etiã principalius cõpetit quã terræ:ex iſto fundamẽto:quia ſecundũ fun damentũ philoſophi ab vno inquantũ vnũ immediate nõ prouenit niſi vnũ. Et ideo probabile eſt qđ ſi ambæ qualitates in ſummo reperiũtur in vno elemento:tamen prius natura vna illarũ conſequitur formã elementi quã altera:vnde cũ ignis ſit formaliſsimũ elemẽtorũ cõuenientiſſimum videtur quod formaliſsima qualitas prius ſecundũ naturam ſibi competat. Et quia caliditas formalior eſt ſiccitate:hinc eſt quod igne calido & ſicco exiſtente dicimus ignem plus eſſe calidi quã ſicci. Et ita diſcurrendo per alia dicas conſequẽter. Si vero quæratur: vtrũ aqua ſit fri gidior terra ſecũdo modo:quia magis infrigidat:& poteſt magis infrigidare:hoc patet ad ſenſum & qui de hoc dubitat ſenſu indiget. Et ſic poſſunt dicta iſta cõcordari. & licet poſitio iſta cõtradicat Auer. 4. met. cõ. 10. vbi videtur dicere duas qualitates in fine nõ poſſe reperiri in vno & eodẽ elemẽto:quia tũc nõ poſſet ex elemẽtis cõtrarijs in ambabus qualitatibus fieri aliquid:nec poſſent adinuicẽ miſceri:& tẽperari: iſtud tamẽ nõ multũ mouet:tum quia auctoritas eius in illo lib. nõ multũ cõmuniter tenetur quia ibidẽ primo meteororũ poſuit dari epiciclos & ecẽtricos: quos tamẽ deſtruit infinities in ſecũdo cæli:tũ etiã quia ſi ratio illa aliquid cogit:ſequeretur qđ ignis & aqua nunꝙ poſſent agere:nã cũ actio ſit merito cõtrarietatis ignis:ergo per caliditatẽ aget in frigiditatẽ aquę: & cũ ambæ iſtæ ſint in ſummo:ſequitur igitur qđ nõ erit actio. Nec valet ſi dicat qđ reactio non ſit per eaſdẽ qualitates:quia tũc ſequeretur quod quodlibet elemẽtũ nõ poſſet in aliud immediate cõuerti cõtra philoſophũ. 2. de generatione:quomodo enĩ tũc ignis cõuertetur in aerẽ: ſi enim ignis patitur ab aere per humiditatẽ per quid reaget ſi per ſiccitatẽ homo intentũ qđ reactio ſit per eaſdẽ qualitates:ſi per caliditatẽ hoc nõ poteſt ſtare:quia actio eſt merito cõtrarietatis:modo caliditas nõ cõtrariatur humiditati ſed frigiditati. Nec valet ſi dicatur reactionẽ nõ poſſe fieri in elemẽtis habẽtibus ſymbolũ:ſicut quidã dicunt:quia iſtud eſt cõtra philoſophũ primo de generatione in infinitis locis vbi dicit quod quæcũ. ꝑ cõtrarietatẽ habẽtia cõmunicãt in materia in agendo repatiuntur. Et iſta etiã eſt mens Alex. & Ioan. grãmatici in primo de generatione:& in ſecũdo præcipue ſuper expoſitione tex. cõ. 8. vbi expreſſe ponit reactionẽ per eaſdẽ qualitates cũ actio ſit merito cõtrarietatis: ſicut expreſſe philoſophus dicit. Itẽ tunc ſequeretur qđ in habẽtibus ſymbolũ nõ eſſet facilior tranſitus:ſicut patet diſcurrẽti ſi igitur Cõmentator intelligat ambas qualitates in elemento ſimplici non eſſe in fine, id eſt in ſummo quantum ad gradum:ſed vna ſit in ſummo:& alia ſit remiſſa non ſum cum ipſo:nam in habentibus contrarium remiſsio ſit per admixtionem contrarij. iuxta illud philoſophi illud eſt albius quod eſt nigro impermixtius. Et ideo ſequeretur qđ elementũ non eſſet ſimplex. Et hoc eſt quod ante nos tenuit precipuus expoſitorum antiquorũ Alexander ſuper commento ſuo in primo meteororum. Inquit enim maius quidem aqua frigidũ quam terra. ſed non mixtura caliditatis terra eſt minus frigida quam aqua: & magis eſt terra ſicca quam ignis:ſed non ignis mixtura humiditatis eſt minus ſiccus: & magis quidem calidus ignis quam aer: ſed non mixtura frigiditatis aer minus calidus quam ignis

& aer magis quidẽ humidus quam aqua:ſed nõ ſolidi alicuius mixtura
aqua minus humida quã aer. Non enim vtiq; aliquod ſimpliciorũ cor-
porũ eſſet:hæc ille ad literã. Poteſt etiã illud alia ratione fulciri: quia ſi
qualitas altera eſſet per mixta ſuo contrario:tunc Ariſt. ex cõbinationi-
bus quatuor qualitatũ primarum non ſufficienter oſtendiſſet numerum
quaternariũ elementorũ:dicit enim quod caliditas & ſiccitas conſtituũt
ignẽ:quod ſi vidiſſet aliquã humiditatem ſiccitati ignis coniungi vtiq;
& illius meminiſſet. Et hoc videtur ſentire eſſe Cõmentator in. 3. cæli
cõmen. 67. Si autẽ auctoritas Cõmentatoris intelligatur quantũ ad poſ
ſe ſcilicet quod vnũ elementũ nõ habet ambas in fine ſic ſum cum ipſe
quia vt eſt ipſius philoſophi ſentẽtia. 2. de generatione tex. cõ. 48. mix-
tio nõ fit quãdo alterũ dominatur ſuper alterũ:neq; quãdo habẽt æqua
lẽ potentiã:ſi enim potẽtia alterius fuerit ſimpliciter dominãs corruptio
erit dominati & generatio dominãtis. Et ſi æquales fuerint potẽtiæ:tũc
nõ fiet alteratio:ſicut declaratũ eſt in. 4. meteororũ, ſupp. ſtu in cõmẽto.
10. ſuperius allegato, & cum potentia alterius fuerit dominans dominã-
ti non dominans ſimpliciter, generabitur ex eis aliquod medium:ſed ta-
men declinat ad partẽ dominãtis. hæc Commentator. Patet igitur expo-
Solutio. nendo Auer. per Auerroim quod elementa nõ habent ambas, qualitates
L in fine nõ quantũ ad gradũ:ita quod vna ſit in ſummo: & alia ſit remiſſa
per ſuũ cõtrariũ:ſicut cõmuniter omnes poſteriores expoſuerũt:ſed hoc
intelligitur quantũ ad potentiã agendi, ſicut ipſemet ſeipſum declarat
in verbis allegatis, & ſic verificantur dicta philoſophi quæ adinuicem
videntur aduerſa:quãdo enim dixit primo meteororũ terrã eſſe frigidiſ
ſimã hoc eſt verũ quantũ ad gradũ, quia nõ eſt terræ frigiditas caliditati
permixta:vt bene dixit Alex. quãdo vero dixit. 2. de genera. 23. aquã eſſe
magis frigidi q̃ humidi: & terram magis ſicci quã frigidi hoc intelligi-
tur quãtũ ad poſſe:quia plus poteſt infrigidare aqua quã terra:ſicut, ſen-
ſus demõſtrat. Aut aliter poteſt dici q̃d philoſophus ibi non comparat
vnũ elementũ alteri in eadẽ qualitate:ita q̃d velit aquã eſſe terra frigido
rem:hoc enim nõ dicitur in litera:ſed ibi cõparãtur duæ qualitates ad
vnũ & idem elemẽtũ: & quia ab vno inquantũ vnũ non prouenit imme
diate niſi vnũ:propter hoc dicũt ignẽ per prius ſibi determinare calidita
tem quã ſiccitatẽ: & aerem per prius humiditatẽ quã caliditatem:cũ hoc
tamen ſtat tam ignis quã aeris caliditatẽ ſummã eſſe:nulla enim in hoc
eſt contradictio q̃d eadẽ qualitas in ſummo poſsit reperiri in duobus
M ſubiectis ſpecie differẽtibus:ſicut patet. Ad cõtradictionem igitur for-
maliter reſpondentes dicimus quod quãdo dicit Cõmentator quod cõ-
trarietas eſſet magis ſenſibilis in extremis quã in medijs. Reſpõdetur q̃d
illud habet veritatẽ de medijs per cõpoſitionẽ ex extremis: non autẽ ha
bet locũ de medijs per cõparationẽ:aqua autẽ eſt mediũ inter terram &
ignẽ ſecundo modo. Quod ſi dicatur q̃d Commentator & philoſophus
loquũtur de medijs ſecundũ cõparationẽ:quia laudat illos qui poſuerũt
aerẽ eſſe ſubiectũ vel aquã potius quã illos qui poſuerũt ignẽ vel terrã.
Reſpõdetur q̃d philoſophus loquitur ibi ſecundũ opinionẽ antiquorũ
qui credebãt aquã ex quo eſt mediũ ſecundũ ſitũ: & etiã ſcundũ cõpara
tionẽ inter elementa:ſicut teſtatur Cõmentator. 4. cæli com. 26. quod
haberet minus ſenſibiles qualitates quã terra vel ignis; quod tamen non

eſt verū maxime loquēdo de aqua vt comparatur terræ in qualitatibus N
alteratiuis: ſicut eſt frigiditas & humiditas. Nulli enim dubiū eſt quod Aqua.
frigiditas aquæ eſt magis ſenſibilis quā frigiditas terræ. Si vero intelli-
gatur propoſitio Cōmentatoris etiā in iſtis medijs ſecundū ſitū & cōpa
rationē dicimus cōtrarietatē in medijs talibus eſſe minus ſenſibilē quā
ſit cōtrarietas in extremis: verū eſt quantū ad qualitates localiter moti-
uas: quia terra eſt grauis ſimpliciter: aqua autē eſt grauis in reſpectu. Si-
militer aer eſt leuis in reſpectu: ſed ignis eſt leuis ſimpliciter, quo autem
ad qualitates alteratiuas nō credo illā propoſitionē eſſe vniuerſaliter ve
ram in talibus medijs nō per cōpoſitionē extremorū reſultātibus: licet
quādoq; verificari poſsit: ſicut caliditas ignis eſt magis ſenſibilis quam
caliditas aeris: ſed qđ vniuerſaliter verificetur hoc nō video. Et per hoc
patet ad auctoritatē philoſophi & Cōmentatoris hic. Sed ad auctorita-
tem eius. 2. de generatione, iā dictū eſt. Iſta ſunt quæ ſentimus in hac ma- O
teria quæ licet noua videātur forte tamē ſunt ſatis antiqua ſicut poteris
intueri. Non me latet cōcordia moderniorū dicentiū aquā frigidiorem
terra quantū ad gradū, terrā autē frigidiorē quātū ad formā: quia multi-
tudo formæ inſequitur multitudinē materiæ: tamē primū dictū eorū nō
credo verū eſſe: q̄a nō video quō poſſet teneri ſimplicitas in elemētis cū
remiſsiōe alteri⁹ qualitatis p̄ admixtionē cū ſuo cōtrario. Et tu magnifi
ce dñe Marceātoni ſup hoc cōſiderabis: ſufficit mihi excitare intellectū
tuū ī iſtis: tu aūt bōitate igenij tui & ſolertia poteris facile v̄itatē ītueri.

Vigeſima contradictio eſt in commento. 56. quia ibi ponens differen 20
tiam inter ſubiectum & medium, dicit quod medium eſt vtrumq; ex- cōmen. 56.
tremum non pura potentia. Huius tamen oppoſitum reperitur in di-
ctis eius. 10. meta. com. 7. vbi loquens de coloribus medijs, inquit quod
nō debet aliquis dicere quod alij colores cōponūtur ex albo & nigro:
quoniā nigrū eſt priuatio albi: ſicut obſcuritas eſt priuatio lucis. Ad
hoc cōſueuimus dicere limitādo propoſitionē iſtā Auer. quæ dicit qđ
media componuntur ex extremis diſtinguendo de duplici medio: ſicut
ipſemet diſtinguit. 4. cæli cō. 26. quoddā enim eſt mediū per cōparatio
nē: ſicut dicimus quod aer eſt mediū per cōparationē inter graue ſimpli-
citer: & inter leue ſimpliciter: nā reſpectu ignis grauis eſt: reſpectu aquę
& terræ eſt leuis: propter hoc tamen non dicimus aerem eſſe cōpoſitum
ex graui & leui: & ideo de talibus medijs loquēdo extrema non ſunt in
actu, per mixto poſitione in eſſentia mediorū ſed ſolū quātū ad denomi-
nationē ſunt in eo: quia talia media in cōparatione vnius extremi ſumūt
denominationē alterius: aliud eſt mediū per realē cōpoſitionē ex extre-
mis: & de talibus verificantur dictū Auer. hic: &. 5. phy. cō. 6. 19. &. 52.
&. 10. met. cō. 23. vbi adducit rationem demonſtratiuā ſuper hoc: quod P
media inter contraria ſunt compoſita ex extremis. Aliter enim non eſſet
motus: & ſic in coloribus medijs ſunt colores extremi formaliter in eſſe
tamen refracto: & iſta eſt indubitata ſententia Cōmen. in hoc: quicquid
dicat Burleus in hoc. Et quidam iuniores qui nouas phantaſias impo-
nunt Auerro. Et tunc ad auctoritatem Auer. in oppoſitum dico, quod
noluit dicere quod colores medij non componantur ex albo & nigro
abſolute: ſicut male intellexit Burleus & ſequaces. Sed non componun
tur tanquā ex duobus principijs æque perfectis menſurantibus ſuū eſſe.

 Et hoc

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Et hoc voluit dicere ibi philoſophus & Commentator. quia ibi voluit oſtendere quod omni genere eſt deuenire ad vnum primum quod eſt metrum: & menſura omnium quæ ſunt in illo genere: & ita in genere colo-

Colores. rum eſt color albus qui eſt metrum omnium aliorum colorum. Et quia aliquis poſſet dicere quod cum colores medij ſint compoſiti ex ambobus extremis ſcilicet albo & nigro poſſet aliquis opinari: quod tam albedo quã nigredo eſt menſura aliorum: & ita non eſſet vnum primum

Q metrum reſpectu omnium. Et Philoſophus: & Commentator videntes iſtam obiectionẽ excludunt eam dicentes quod hoc nõ poteſt dici: quia nigrum eſt priuatio albi: ſicut tenebra eſt priuatio lucis: modo ratio menſurandi competit habitui non priuationi: iuxta illud philoſophi. primo de anima. 85. Rectum eſt iudex ſui & obliqui & quod iſta fuerit mens Auer. oſtendunt verba ſua ſequentia: quia vbi dixit: quod non debet aliquis dicere quod alij colores cõponuntur ex albo & nigro: quoniã nigrum eſt priuatio albi: ſicut obſcuritas eſt priuatio lucis: ſtatim ſubdit: ergo in coloribus non eſt principium & menſura niſi vnum. Bene igitur diximus gloſando colores medios nõ componi ex extremis tanquã ex duabus mẽſuris: nõ tamen abſolute ſunt incompoſiti quantum ad eſſe.

21 Vigeſimaprima contradictio eſt in eodem commen. 56. quia ibi, dicit quod ſubiectũ eſt in potentia pura vtrumq; extremum: huius tamẽ oppoſitũ dicere videtur infra in commen. 8. primi phyſi. Ad hoc eſt dicendum diſtinguendo de duplici ſubiecto primo & ſecundo. Sicut ipſemet diſtinguit in commen. illo. 82. Et loquendo de primo ſubiecto: quod verius appellatur prima materia quam ſubiectum (vt ſtatim dicam:) tale eſt

R in potentia pura vtrumq; extremum. Et tale ſubiectum Commenta. diſtinxit contra medium in hoc commen. 56. Sed loquendo de ſecundo ſubiecto quod vere ſubiectum dicitur tale non eſt in pura potentia vtrũque extremi: quia tale eſt in actu: aut modo medio inter actum & potentiam. Dixit autem notabiliter primum ſubiectum: quod eſt in pura potentia vtrumq; extremum rectius dici materiam quam ſubiectum: & per oppoſitum ſecundum ſubiectum rectius appellari ſubiectum quam materiam. Et iſta fuit ſententia philoſophi ad principium primi meteororum: vt ibi deduxit Alexand. ſuper illo verbo: quare accidentium circa ipſum ignem quidem & terram & ſingenea his: vt in materiæ ſpecie: oportet putare eorum quæ fiunt: ſubiectum enim & patiens appellamus hoc mdo: & iſta etiam eſt ſententia lucidiſſimi Themiſtij in paraphraſi ſuper primo phyſico, in digreſſione quam facit de potentia materiæ & eius priuatione. Nomen materiæ cum potentia & priuatione eſt: dicitur enim materia earum rerum quæ nondum ortæ aut factæ ſunt. vnde ſi conſideremus materiam: vt eſt priuata forma, ſic materia recte dicitur. Sed cum accipitur pro ſubiecto: vt ſic cum priuatione non eſt: vnde materia ex qua generatur homo antequã hominis formam recipiat materia recte nuncupatur: ſed vbi forma hominis eſt affecta non amplius vt ſic. materia dicitur ſed ſubiectum. vnde auctoritate Boethi materia qualitatibus informata non amplius materia remanet. Nam ſecundum informis eſt: & ſpeciebus omnibus caret. ſed adhibitis qualitatibus materia abit in ſubiectis: Et propter hoc dixit etiam Auerrois imitando iſtam ſententiam in ſecundo capitulo de ſubſtantia orbis: & in octauo meta-

phyſi.

phy.commento.12.quod cælum rectius dicitur ſubiectum quam mate-
ria : quia videbat in cælo non eſſe materiam quæ ſit in potentia pura
vtrunq; extremum:ſicut ſonat ratio materiæ:nec eſt ibi priuatio formę
ſubſtantialis ad quam ſit in potentia: quæ priuatio importatur per no- S
men materiæ ex ſententia Themiſtij:ſed quia ſemper eſt actu ſub forma
ideo rectius dicitur ſubiectum quam materia. Accedit ad hoc: quia ma-
teria etiã eſt ex quo fit aliquid:vt in exiſtẽte.2.phy.27. Sed quia forma
cæli non educitur de potentia eius:cum ſit abſtracta: hinc etiam dictum
eſt:& bene cælum rectius ſubiectum quam materiam dici.

Vigeſimaſecunda contradictio eſt in commen.60. vbi.d. quod illud 22
quod vere generatur eſt materia:huius tamen oppoſitum. d. ipſe infra
commento.64.&.7.metaphyſi.23.&.26. &.25. vbi habet quod vere
generatum eſt compoſitum : & materia & forma generantur per acci-
dens. Niſi eſſet quod aliquid vere generari dupliciter ſumitur ſubiecti-
ue & terminatiue. ſubiectum enim generationis vere dicitur generari
prout, videlicet, eſt fundamentum deferens generationem:nam cum mo
tus ſit vere in mobili non in motore:nec in forma quæ acquiritur:vt ac-
cidens in ſubiecto: ideo mobile debet denominari a motu : vnde Com-
menta.5.phyſi.commen.3. Cum motum eſt aliud ab eo ad quod eſt mo
tus & eſt forma manifeſtum eſt quod motus eſt in moto non in illo ad
quod eſt motus & eſt forma:ſicut igitur paſsio vere denominat paſſum:
ſic motus vere denominat mobile:& ideo cum materia ſit vere ſubiectũ
generationis:ideo veriſsime dicitur generari. Alio modo aliquid di-
citur generari terminatiue:quia, videlicet, tale accipit eſſe p generatio-
nem:& modus iſte eſt famoſior:& de iſto loquutus fuit philoſophus in
7.metaphy.tex.commen.27.&.32.vbi.d.ꝙ illud quod fit: oportet qđ
ſit diuiſibile ſemper:& quod non ſit æs: nec ſphera ſed enea ſphera. Et
commen.in com.xxvj.ibidem.d.ꝙ agens facit ex alio aliud non aliud
in alio.facit enim ex materia formatum non in materia formã:& ſecun-
dum iſtum modũ verificatur dictum ſuum ꝙ compoſitum vere & per ſe
generatur materia autem & forma per accidens.primus igitur modus eſt
verior:& ſecundus eſt famoſior:valeant igitur qui dicunt ꝙ materia nõ
poteſt dici aliquo modo generari. dicunt enim ꝙ iſta diſtinctio poſita
nunquã inuenta eſt in Ariſtote.nec in Auer.ſed videant iſti quæſo præ-
ſens commento.60. primi phyſic. & inuenient quod omne generatum
ſemper indiget aliquo ſubiecto:& eſt illud quod in rei veritate dicitur
generari,ſcilicet in tempore in quo generatur in actu : generatum enim
completum fuit generatum & non eſt in actu. generatio igitur ſecũdum
quod eſt motus neceſſario habet ſubiectum:& eſt illud quod dicitur ge
nerari in actu hæc ille formaliter. Et in eodem commento , parum in-
fra.d.recipiens formam hominis eſt illud quod in rei veritate dicitur ge
nerari,ſcilicet illud in quo inuenitur iſte motus.& reddẽs cauſam ſub-
dit.motus enim debet eſſe in ſubiecto:ſicut diximus. Recte igitur dixi-
mus nos.quod primus modus eſt verior:& ſecũdus eſt famoſior:& hoc
prouenit propter latẽtia materie:quæ eſt ſubiectum generatiõis. Et ideo
prouenit ꝙ ſubiectum generationis modo denominatur generari ſecun
dum famoſitatem:licet vere generetur modo expoſito. T

Xxiij.cõtradictio eſt in cõ.62.vbi dicere vr̃ gñationẽ ſucceſsiue fie- 23
ri inquit

cōmen. 62. ri inquit enim ꝙ partes oppoſiti ſucceſsiuē recedūt a ſubiecto & fiūt in
Generatio. ipſo partes generati:& ſilr eſt in ſubſtātia:in ſpermate eīm apud gñatio/
nē hoīs non ceſſant partes ſpermatis recedere.& partes fieri hoīs:donec
forma humana pſiciat:& hoc ſi forma hoīs recipit partitionē.Et hui⁹ tñ
oppoſitū reperit in dictis ſuis ſup.6.ph.cō.32.vbi vult generationē fieri
ſubito:ꝙ nō eſt mot⁹:ſed finis motus.Debes ſcire ex ſentētia Auer. ꝙ
gñatio ſumit dupliciter. primo ꝓ aggregato ex alteratiōe præuia & ex
ſubito ꝓuētu formæ alio modo ꝓ ſubito ꝓuentu formæ tantū iſta di/
ſtinctio colligit ex cō.59.ſexti.ph.Vlteri⁹ ſcias Auer.tenuiſſe omnē for
mā materialē extēſam eſſe ad ſubiecti extēſionē:ſicut pōt videri ab ipſo
V primo capitulo de ſubſtātia orbis. Vlteri⁹ notare debes Auer. poſuiſſe
minima naturalia in reb⁹ naturalib⁹,datur eīm minima caro primo phy.
X 38.& alibi infinities. Dubiū tñ arduū eſt an de intētiōe Auer.in formis
intēſibilib⁹ & remiſsibilib⁹:ſicut ſunt formæ elemētorū ſecundū ipm
ſit dare minimū:ſicut etiā dubiū eſt vtrū in qualitatib⁹ habētib⁹ cōtra/
riū ſit dare minimū ex parte formæ.& in hoc eſt magna diſcordia apud
viros magnos:aliqui voluerūt dari minimū ignē genitū: ita ꝙ volūt ge/
nerationē elementi fieri iſto modo.imaginant ꝙ primo inducit minimū
ignis in materia:ſed poſt illud minimū imaginant generationē elementi
fieri ſucceſsiue per partē ante partē in infinitū vnde iſti cōſequenter di/
cunt ꝙ etiā in qualitatib⁹ elementorū eſt dare minimā quātitatem : cui
correſpōdeat minimū alteratū eſſe:minimū generabile de forma elemen
ti:& quia poſt illud minimū qualitas per partē ante partē generat: & ſic
ita dicūt de forma elemēti poſt minimū generabile ſui fit per partē ante
partē in infinitū.Alij vero magnæ authoritatis viri tenent de intentione
Auer.formas elemētorū cū illæ intēſibiles ſint & remiſsibiles ſecundū
Y ipſum ad intenſionē & remiſsionē ſuorū accidentiū & ſatis ꝓbabiliter
videre modo tenēt nō dari minimū ex parte formę in talib⁹:& cōſequē
ter tenēt ꝙ in qualitatib⁹ ipſorū elemētorū nō eſt dare minima: imo ta/
les qualitates inducunt per partē ante partē in infinitū. & ratio eſt iſta:
quia tales qualitates habēt cōtrariū:vbi aūt contrarietas ibi reſiſtentia:
vbi aūt reſiſtentia ibi de neceſsitate ſucceſsio:ſicut patet in.4.phy. cō.
71.& ita ſi debet induci minimus gradus caloris cū talis cōtrarium ha/
beat quomodo in inſtāti induceretur nō video. & in veritate iſtud argu/
mentū apud me eſt ſatis efficax pro iſta via:& multi qui oppoſitā partē
tenuerunt nō potuerūt euadere ab hoc argumento ſine curſu in grauio/
ra inconuenientia. & ideo probabilius videtur nobis tenere viā iſtā ad
quā pauciora inconuenientia ſequuntur:iuxta illud Cōmen.2.cæli.cō.
primo:ex ſententia Alexādri ſuſtentati ſumus ſuper ſermonib⁹ iſtius vi/
ri.quia inuenimus eos magis remotos a contradictiōe:vnde dicimus nō
dari minimā qualitatē:loquendo de qualitatib⁹ habentibus cōtrariū.&
licet nō detur ꝓpter rationē dictā minima qualitas: tamē bene tenemus
dari minimū alteratū:quia in talibus datur bene minimū quo ad ſubie/
ctū:nō tamē quantū ad formā.Et ſi adducatur authoritas Cōmen.in.8.
phyſi.com.23.vbi dicit ꝙ in omni motu eſt dare primum: & per cōſe/
quens in motu alterationis eſt dare primū.& ita dabit minima qualitas.
ad hoc dicimus ꝙ quando in omni motu eſt dare primū verbū eſt quan
tum ad ſubiectū nō autem vniuerſaliter hoc eſt verū quantū ad formā:
& ita

& ita dicimus ꝙ in motu alterationis eſt dare primū alteratū: nō primā qualitatē per alterationē inductā. & per iſtā gloſſam ſoluunt oēs auctoritates: in quib⁹ Cōmē. videtur ponere minimū in talib⁹ formis: quæ variæ & fere infinitæ ſunt. Loquēdo aūt de formis materialib⁹ mixtorū: Z quia illæ ſunt veræ ſubſtātiæ: & nō intendunt: neqꝫ remittunt tales acquiruntur partibiliter: ſed iſta partibilitas & ſucceſſio nō habet attēdi ſic: ꝙ cōtinue per partē ante partē in infinitū acquirantur: ſed acquirunt per minima: prius enim diſpōnitur materia qualitatiue & quantitatiue: & deinde introducitur vnum minimū formæ in primo non eſſe formæ præcedentis: & ſic de ſecundo minimo dicendū eſt: & ſic intelligitur dictū Auer. hic dicētis ꝙ nō ceſſant partes ſpermatis. Per partes enim ſpermatis & hominis intelligit ipſe minima quæ ſucceſſiue, id eſt vnū poſt aliud inducuntur nō ſucceſſiue: quia cōtinue. His igitur ſtātib⁹: Reſpōdetur ſoluēdo contradictionem ꝙ loquendo de generatione ſimpliA cium talis ſit ſucceſſiue ad modum declaratum ex hoc tamen nō ſequetur generationē illā eſſe motū: quia eſt fallacia cōſequētis quia vltra diuiſibilitatē formæ requiritur ꝙ ſubiectū motus ſit ens in actu ad hoc ꝙ ſit vere motus. vnde etiā Lincōnēſis primo poſte. in fine illius capituli. ſi autem eſt idē ſyllogiſtica interrogatio ſuper iſto exemplo philoſophi dicentis ignē generari in multiplicata analogia. d. ꝙ in ſimplicibus forma generata induit partē materiæ poſt partem ſucceſſiue: quia pars generanti propinquior citius præparatur ad receptionē formæ ſubſtātialis: vnde prius recipit eam ꝙ̄ pars remotior: ſed inquit ꝙ cū pars aliqua recipit formā ſubſtantialē non vltra recipit intenſionē in prima forma recepta: ſed ſi forma accidentalis fuerit recepta in aliquo: poteſt intendi ſucceſſiue vſqꝫ ad ſummum caloris: & erit alteratio ſucceſſiua; & per diuerſitatem & diuiſibilitatem caloris & etiam propter receptionē partis eius poſt partem in parte ſua: & hanc ſucceſſionē quæ eſt per diuerſitatem vel diuiſibilitatem formæ recepta non habet generatio: tamen generatio ſubſtantiæ bene habet ſucceſſionem quæ eſt per diuiſibilitatem materiæ recipientis formam ſubſtantialem in parte ſua poſt partem. Et per iſta dicta Linconenſis voluerunt aliqui concordare: quomodo generatio ſit ſucceſſiua: & quomodo ſucceſſione caret: ſed iudi- B cio meo iſtud non poteſt ſtare quantum ad omnia. Nam ſecundū Auer. in formis ſimplicium poteſt eſſe ſucceſſio in forma recepta: quia ipſe tenet quod formæ elementorum intenduntur & remittuntur: & ideo adhuc remanet difficultas qualiter generatio formæ elementi ab alteratiōe diſtinguatur cum vtrobiqꝫ ſit vtraqꝫ ſucceſſio: maxime ſecūdum ſecundam viam. Et propter hoc dicimus quod differentia eſt ex parte ſubiecti: & ex parte termini: quia ſubiectum generationis eſt ens in potentia: alterationis vero ſubiectum eſt ens in actu: ſimiliter terminus vnius eſt ſubſtantia: aut modo loquendi Commentatoris id quod eſt medium inter ſubſtantiam & accidens: alterius vero terminus eſt qualitas: ſi igitur generatio ſumatur pro aggregato ex alteratione præuia & ſubito prouentu formæ in formis mixtorum ſucceſſio eſt quantum ad alterationem: ſed generatio pro ſubito prouentu formæ in talibus fit ſubito: ſicut patet per Commentatorem ſexto phyſico. 59. de carne. In ſimplicibus autem dicas cōſequenter: iuxta alteram duarum viarum:

rum:quarum prima communior:& ſecũda verior:vt mihi datur cernere.

24 Vigeſimaquarta cõtradictio eſt in com.69.primi phy. ibi enim dicit,
Cõmẽ.69. quod primũ principiũ in hoc genere nõ potuit ſciri in hac ſcientia: ſicut
primũ ſubiectũ.per primũ aũt principiũ intelligit primã formã: quæ de⁹
C eſt.Huius tamen oppo.reperiť cõ.vlti.in hoc primo.& cõ.3.octaui phy.
vbi habet cõtra Aui.hæc verba:& quod exiſtimauit Aui. quod diuinus
debet demõſtrare primũ principiũ eſſe eſt falſum: & accedit ad hoc qđ
primũ ſubiectum fuit ſcitum in ſciẽtia naturali demõſtrationi ſigni: ſed
ſubſtãtiæ ſeparatæ ſecundũ ipſum:& per cõſequẽs prima forma:quæ eſt
primũ principiũ in ſciẽtia naturali demõſtraň demõſtratione ſigni:ergo
primũ principiũ poteſt ſciri in hac ſciẽtia:ſicut potuit ſciri primũ ſubie-
ctum cuius oppoſitũ ipſe dicit.Et ad hoc aliqui de nouo incipiẽtes phi-
loſophari dixerunt de intentione Auer. metaphyſicũ poſſe demonſtrare
ſubſtãtias ſeparatas eſſe demonſtratione ſigni:ſed dixerunt quod altiori
modo quã ſit mediũ naturale.naturalis enim demonſtratione ſigni in.8.
phyſi.probat primũ motorẽ eſſe.ſed diuinus in.12.meta.demonſtrat pri-
mã formã eſſe:quæ eſt idem re cũ primo motore.Et confirmant hoc au-
ctoritate commen.12.meta.cõ.5.&.6.&.3.meta. com.3.ſed iſtud eſt di-
ctum erroneum & nullo modo poteſt ſtare quod dicũt. Et ratio eſt iſta:
quia ſecundũ Auer.primo phy.com.vlti.& ſecundo phyſi.cõ.22.&.26.
D Nulla ſciẽtia ſiue vniuerſalis fuerit ſiue particularis demonſtrat ſuũ ſub
iectũ eſſe aliquo genere demonſtrationis.& ratio eſt:quia vt ipſe.d.ſubie
ctum in qualibet ſcientia ſupponitur tanquã notũ: vel quia ipſum de ſe
eſt notũ:vel q̃a aſſumiť ex alia ſciẽtia tãquã notũ.tũc ſic prima forma,&
prima forma,eſt ſubiectũ ĩ metaphiſica.modo loquẽdo Auer.de ſubiecto
ſiue ſit adequatũ ſiue principalior pars ſubiectiua.ergo primã formã eſſe:
vt ſic diuinus nõ põt demonſtrare.Et ideo aliter nobis viſum eſt dicere
repetentes ea quæ diximus a principio quod de duabus primis cauſis cõ
ſiderat naturalis ſcilicet de primo motore:& de prima materia. De pri-
ma autẽ fõrma:& de primo fine conſiderat diuinus.nã vt ſcribit Cõmẽ.
7.meta. cõ.9. in naturali philoſophia potuit cognoſci prima materia:
non autẽ prima forma.& ratio eſt iſta:quia ex tranſmutatione ſubſtãtia-
li.quæ eſt actio materiæ:vt ipſe dicit:materia omniũ materialiũ ſciri po-
tuit. vtpote ex medio cõmuni in quo omnia iſta inferiora communicant
participatione materiæ:ſed formæ rerũ naturaliũ:quia plures ſunt: & nõ
habent vnã actionẽ cõmunem ideo non potuit naturalis ex actionibus
formarũ in ſciẽtia naturali demonſtrare primã formam eſſe.conſideratio
autẽ de forma inducens ad primã formã eſt conſideratio de forma:vt eſt
E ſubſtãtia:naturalis autẽ nõ ſic cõſiderat. Et forte iſta verba male intelle
cta fuerunt cauſa illius opinionis adductæ.Sed aduerte quod diuinus be
ne declarat primũ principiũ quod ſit forma & finis omniũ entium: tamẽ
hoc eſt poſtquã accepit pro conſtanti a naturali philoſopho:quod mo-
uens æternã ſubſtantiã eſt abſtractũ a materia:diuinus enim tunc eſſe dei
declarat:vt eſt prima forma.& primus finis:& primũ efficiens omniũ en
tiũ.Bene igitur tenemus de mente Auer.quod poſtquã naturalis via mo
tus demõſtrauit ſubſtãtias abſtractas eſſe.tunc diuinus declarat qđ tales
abſtractæ ſubſtantiæ ſunt principia ſenſibiliũ ſubſtantiarũ:vt ſubſtantiæ
ſunt ſub ratione finis & ſub ratione formæ:nũquã tñ cõcedimus diuinũ
demon-

demonſtrare primam formam eſſe demonſtratione ſigni, ſicut fatui ſibi
imponunt, quia impoſsibile eſt ſcientiam aliquam habere rationem for
malem ſui ſubiecti ignotã, modo vt dixi ſubſtantiæ abſtractæ ſunt ſub/
iectũ in metaphyſica, non vt ſunt motrices, ſed vt ſunt forma & finis o/
mnium. Et licet commentator dicat ſecundo met. commen. 4. ꝙ prima
cauſa omnium entium declaratur in ſcientia naturali, illud tamen non
oportet intelligi inquantum omnium entium abſolute contracte, vide/
licet vt eſt prima cauſa omnium entium ſenſibilium & mobilium. Natu
ralis enim formaliter demonſtrat primum motorem eſſe qui eſt primum
ens, non tamẽ formaliter demonſtrat primum ens eſſe, vt ſic. Et ex hoc
colligas de intentione commentatoris philoſophiam naturalem nõ de/
monſtrare ſubiectum formale metaphyſicæ, ſed materiale tantum. Nam
ſubiectum formale metaphiſicæ, ſicut ſubſtantiæ ſeparatæ, vt ſunt finis
& forma, & ſub iſtis rationibus non demonſtrantur eſſe in ſcientia na/
turali, ſicut expreſſe ſcribit Commentator in cõmentis allegatis, videli
cet cõmen. 9. 7. meta. & cõmen. 5. duodecimi meta. & 7. meta. cõmen.
5. dicit etiã ꝙ prima quæſtio in ſcientia naturali deducit in cognitionẽ
primæ materiæ & formarũ naturaliũ & primi motoris, ſed prima quæ/
ſtio in ſcientia diuina perducit in cognitionẽ primæ formæ omniũ entiũ
& vltimũ finẽ, ſed contra hoc magnificentia tua ſubtiliſsime dubitauit,
nã ſecũdũ Auerroim. 12. meta. cõmento. 5. & 6. & 10. meta. cõmen. 7.
idẽ eſt primũ mouẽs, prima forma, & primus finis, ſi igitur naturalis de/
monſtrat primũ motorẽ eſſe, ergo poterit etiã demonſtrare primam for/
mã & primũ finẽ. Et ad hoc dico iuxta doctrinã Auer. 12. meta. cõmen.
6. ſtat aliqua eſſe ſubiecto eadẽ, quæ tamen proprijs rationibus ſunt di
ſtincta, & ſic eſt in caſu iſto licet em̃ primus motor, & prima forma, &
primus finis ſint eadẽ ſubiecto, nõ ſunt tñ rationibus formalibus eadẽ.
Et ideo ſtat vnũ & idẽ ſubiectũ ſub vna ratione cõſiderari ab vna ſcien
tia, & ſecũdũ aliã rationẽ cõſiderari ab alia ſciẽtia, ſicut teſtaẽ Cõmenta
tor. 2. phy. cõmento. 71. Et per hoc ſoluitur argumẽtũ ſubtilis doctoris
quod adduxit. q. 4. in ſexto meta. inquit em̃, ſi naturalis demonſtrat ſub
iectũ metaphiſicæ, tũc philoſophia naturalis eſſet prior diuina, quod fal
ſum eſt. Et ad hoc dicimus nos ꝙ hoc argumẽtũ demõſtraret ſi natura/
lis formale ſubiectũ metaphiſicæ demõſtraret, quia ſi tale demonſtraret
nõ poſſet illud a poſteriori demõſtrare, qa vt dixit Cõmẽtator cõſidera F
tio de forma quæ inducit ad primã formam eſt cõſideratio vt forma eſt
ſubſtãtia, nõ vt forma eſt naturalis. Relinqueretẽ igiẽ ꝙ illa demõſtratio
fieret a priori, & ita naturalis haberet aliquã rationẽ priorẽ ſimpliciter
per quã demõſtrare poſſet primũ ſubiectũ diuinæ ſcientiæ, quod eſt me
rum impoſsibile, & ſic naturalis eſſet ſciẽtia ſimpliciter prior, nũc autẽ
naturalis nõ demonſtrat niſi ſubiectũ materiale metaphiſicæ, qa demon
ſtrat primũ motorẽ eſſe, qui eſt ſubiectũ materiale diuinæ ſcientiæ, quia
illud quod eſt primus motor eſt ſubiectũ materiale, prima aũt forma &
primus finis eſt ſubiectũ formale. Ad ſubiectũ igitur materiale naturalis
habet mediũ a poſteriori, & illud eſt mot⁹, & ſic ex quo naturalis mate
riale ſubiectũ ſciẽtiæ diuinæ eſſe demonſtrat a poſteriori, ſequitur ꝙ ſit
prior via doctrinæ, nõ aũt ſimpliciter, quia ſubiectũ formale eius nec a
priori nec a poſteriori naturalis demõſtrare põt, & ad hæc nõ aduertũt

moderni

moderni, ſicut noſtis. Et tunc dubitabis, cum ſubiectū formale meta
phyſicæ non videtur omnino notum eſſe videtur igitur ꝙ in aliqua ſciē
tia demonſtrari poſsit, in nulla autem ſcientia videtur demonſtrari poſ/
ſe, niſi in metaphyſica, ergo prior opinio vera. Et ad hoc dicimus cum
Ariſtotele noſtro & Themiſtio & Auerroi. 2. poſteriorum. tex. commē.
noni. ꝙ talia ſubiecta ſcientiarum demonſtrari non poſſunt, ſed ſi indi/
geant aliqua notificatione, illa non erit demonſtratio, ſed inferior ad il
lam, & ad ſyllogiſmum cathegoricum, vnde Themiſtius ibi habet iſta
aurea verba, quæ volui adducere propter quoſdam peruerſores Ariſto.
& bonarum literarum, inquit enim in. 11. cap̄. hæc verba. At quæ per ſe
ſunt nec alio inſunt in his eadem ratio obſeruari non poteſt, ꝙ videli/
cet demonſtrari poſsint ꝙ ſint ꝙ res alteri inhærentes de quibus ſupra
locutus fuerat in verbis immediate præcedentibus. Et reddens cauſam
ſubdit, quia cauſam ſuperiorem non habent per quam monſtrentur, cu
iuſmodi ſunt ſua ſcientijs ſingulis ſubiecta, quæ tum vt ſint, tum quid
ſint certum & conſtitutum eſſe neceſſe eſt, nec alio modo cognobiliora
euadunt quam aut inductione aut fide aliqua, aut periculo, demonſtra/
tione non euadunt, & hoc eſt quod dicit Commentator etiam. 4. cæli.
commen. 22. Alia eſt latentia quæ indiget ſyllogiſmo, & alia eſt laten/
tia quæ indiget inductione, &. 2. phy. commen. 3. dixit quod ſyllogiſmi
hypothetici per naturam ſumuntur in declaratione illorum, quæ indi/
gēt modicula innuitione, ſicut vſitatur diuiſio & inductio, per talia em̄
nullum omnino ſi ignotum naturaliter oſtēdi poteſt, quia autem impli/
cat contradictionem aliquod ſubiectum in ſcientia in qua eſt ſubiectum
eſſe omnino ignotum naturaliter, quia tunc non eſſet ſubiectum cum de
ſubiecto oportet præcognoſcere quid & quia, ſi tamen contingat ſubie/
ctum illud aliqualiter indigere aliqua declaratione, illud fiet per diſci/
plinæ maneriem, & non per viam doctrinæ, ſicut eſt triplex genus de/
monſtrationis, & hoc etiam eſt de intentione Auer. manifeſte in primo
priorum in diſgreſsione de ſyllogiſmis hypotheticis, dicamus ergo diui
num ſubiectum ſuum formale habito & recepto pro conſtāti a naturali
ſubiecto ſuo materiali, declarare illud poſſe aliqua fide aliquo periculo
aliqua inductione, vt dicit Ariſt. & Themiſtius locis allegatis, ſed dici
mus ipſum tale demonſtrare non poſſe, vnde Commentator commen.
5. 12. meta. dicit quod primus philoſophus declarat abſtractum eſſe ꝙ
eſt principium ſubſtantiæ ſenſibilis, ſed poſtquam accepit pro conceſſo
huiuſmodi eſſe ſubſtantiam a naturali. Ecce quod dicit declarat, & nō
demonſtrat, quia ſecūdū Ariſt. expreſſe. 2. poſte. c. 9. talia oportet ſuppo
nere: vt ſint, & quid ſint, & ſi indigeant aliqua declaratione oportet ea
alio modo ſupple quā demonſtratiuo ea nota facere, ſicut bene expo/
ſuit ibi Themiſtius & Cōmen. vnde ſi quæras exēplū quomodo poteſt
declarare diuinus ex cōſideratione ſubſtātiæ, vt ens, primā formā eſſe,
dico per ſyllm̄ hypotheticū per naturā, ſic arguendo, ſi ſubſtantiæ quæ
ſunt entia per participationē ſunt primū ens eſt & prima forma eſt, ſed
ſubſtātiæ per participationē entes ſunt, ergo primū ens eſt, & prima for
ma eſt iſta eſt declaratio non demonſtratio, eſt intuitio eſt fides aliqua
non vera probatio, quia ſyllogiſmus iſte habet adduci ad confirmandū
ea quæ indigent aliqua ſuaſione, nō ad probandum naturaliter ignota.

Vigeſimum

Vigeſimaquinta contradictio eſt in cōmē.70.vbi.d.ꝙ potentia materiæ non eſt de eſſentia materiæ,& primo ca.de ſubſtātia orbis dicit oppoſitū,inquit eñ,ꝙ potētia eſt differētia ſubſtātialis materiæ,& ad hoc qdā Auerroiſtę dixerūt in materia duplicē eē potētiā,vnā quæ eſt potētia receptiua formę,& eſt altera pars cōpoſiti,& illa potētia eſt ſubſtātia materiæ,& eſſentia eius,& de hac locutus fuit philoſophus.8.met.t.com.15.vbi reddēs cauſam qūo ex materia & forma fiat vnū.d. ꝙ nulla alia eſt niſi qa materia eſt potētia,& forma eſt actus,ex actu aūt & potētia fit per ſe vnū.Et de hac locut⁹ eſt Cōmē.primo ca. de ſubſtātia orbis,qñ dixit potētiā eſſe differētiā ſubſtātialē materiæ.Aliā dixerūt potētiā eſſe in materia qua reſpicit potētiā actiuā agētis per quā potētiam deducif de potētia in actū vt actu imprimaf ſibi forma, & illa potentia qua ſic reſpicit agens eſt de genere reſolutionis, & eſt quædā proprietas cōſequēs eſſentiā materiæ,& de hac potētia dicūt locutū fuiſſe Auer.in hoc com.70.dum dixit ꝙ potētia non eſt in eſſentia materiæ,quia tunc materia eſſet de prædicamēto ad aliqd.Alij dixerūt in materia duplicem eſſe potētiā remotā & ꝓpinquā,ſicut eſt ſententia cōmē.primo cæli.cō.12.&.4.phy.cō.120.& tūc dixerūt potētiā remotā eſſe de eſſentia materiæ ſecūdā ꝟo dixerūt eſſe reſolutionē, & ſic cōcordāt dicta cōmētatoris.Alij dixerūt diſtinguentes de duplici potentia,vna eſt abſoluta,& hāc dicūt eſſe ꝓpriā materiæ paſsionē,& dicūt eā eſſe abſolutā nō quia per talē materiā nulla ratiōe relatiua ſit ad operationē,ſed eo ꝙ reſpicit gñatim.Et indifferēter omne genus oēmq̃ ſpeciē,ac omne indiuiduum formæ,& dicūt hāc potētiā eſſe ꝓpriā materiæ naturalitatē. Aliā vero dicūt potētiā eſſe reſpectiuā,quæ nō vna ratiōe eſt,ſed ſi ad formā genericā gñalis eſt,ſi ad ſpecificam ſpecifica,ſi ad indiuidua indiuidualis,primo igif modo potētia eſt differētia ſubſtātialis, vel loco differētiæ poſita,ſecūdo modo eſt relatio,& dicūt potētiā ſecūdo modo dictā eſſe generabilem & corruptibilem omnino. Et ideo dicūt iſtā ſecūdā potētiā differre a materia.Iſta ſunt dicta omniū fere Auerroiſtarū vſq; ad noſtra tēpora. Et licet nos fecerim⁹ ꝓlixā ſatis quæſtionē hoc modo ſup iſto loco vbi diffuſe ſatis materiā iſtā ptractauimus.Nūc tñ quædā breuiter volo colligere pro vtilitate veſtra,& pro inquiſitione veritatis, & quia oīs cōtradictor ſup inquiſitione veritatis in primis excuſandus eſt. Dico ſalua reuerētia omniū taliter opinātiū ꝙ ipſi nō habēt mentem Auerrois,nec recte gloſſant eius verba,oēs iſtæ tres reſponſiones cōcordant ſup hoc pūcto ꝙ in materia eſt duplex potentia,vna quæ eſt relatio,alia quæ eſt diſtincta a relatione,& per cōſequēs illa eſt abſoluta, omne eñ ens diſtinctū contra relationē eſt ens abſolutū,ſed iſtud eſt purus error, & contra omnes peripatheticos.Nam quæro de potentia illa abſoluta quid ſit vtrum ſit potentia actiua,an potentia paſsiua, an vt alij dicūt ſit aliqua potentia obiectiua,& ſi fingendi daretur licentia non poſſet in caſu verificari,niſi alterum iſtorum non eſt dicendum ꝙ ſit potentia actiua,/quia omnes dicunt ꝙ per iſtam potentiam materia recipit formam, nec obiectiua, quia ſi obiectiua iſta eſt res relatiua ad actum entitatiuum,& per conſequens non eſt abſoluta,ſi paſsiua ſunt dicere videntur omnes,tunc arguatur ſic,potentia paſsiua non eſt aliquid abſolutum, quia ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere,nam potentia paſsiua eſt principiū

Cōmē.70. G

H

tranſmutandi ab altero inquantum alterum patet autem ꝙ hoc impor-
tat reſpectum ad actum receptum ab agente, vt ab agente: ſicut potentia
actiua importat reſpectum ad actum, vt imprimitur in paſſum, vt in paſ-
ſum quælibet: igitur potentia reſpectiua eſt, ergo vti diſtinctione (vbi
non opus ẽ) eſt diſtinguere de lana caprina. Præterea ſpecialiter cõtra
I tertiam viam falſum eſt ꝙ potentia reſpectiua ſit corruptibilis omnino.
Nam potentia reſpectiua ſpecifica & generica ſunt æternæ ſimpliciter,
& a parte ante, & a parte poſt reſpectu primi termini, ad quem primo re
feruntur cum ſpecies ſint æternæ ſecundum philoſophos, bene verum
eſt ꝙ potentiæ iſtæ reſpectu formæ indiuidualis quam per accidens &
ſecundario reſpiciunt ſunt corruptibiles per accidens, a parte poſt tan-
tum, ſicut recte declarat commenta. primo cæli. commẽ. 120. & 4. phy.
commen. 120. Et propter hoc aliter nobis viſum eſt dicere ꝙ quælibet
potentia in materia exiſtens reſpectus eſt. Et vlterius dico potentiam
iſtam vno modo eſſe de eſſentia materię, & alio modo minime, vnde in-
dubitanter credo Auerroim imitatum fuiſſe Themiſtium in ſua digreſ-
ſione ſpeciali & aurea quam facit ſuper primo phyſicorum. Cuius opi-
nio vt ſummatim dicam, conſiſtit in hoc puncto. Materia dupliciter po
teſt conſiderari, vno modo in ſe, & quo ad ſua prædicata, quæ in ſuo
eſſe quiditatiuo ſibi attribuuntur, & ſic cum materia ſit quoddam ens
abſolutum, cum ſubſtantia ſit, ſic non includit quiditatiue & eſſentiali
ter aliquem modum potentiæ, neq; remotam, neq; propinquam, neque
paſsiuam, neq; actiuam, neq; obiectiuam. Nam vt dixit Ariſtotel. 5. ſuæ
metaphyſic. Equinitas eſt tantum equinitas, nec vna, nec plures, nec
ſingularis, nec vniuerſalis, nec actu, nec potentia. Et iſtam primam
conſiderationem ſubtiles nominauere primum ſignum naturæ. Alia eſt
conſideratio materiæ, vt habet comparationem ad alia & ad ipſam for-
mam quam recipit, & ad agens a quo ipſam formam recipit, & in tali
conſideratione: quæ conſideratio in comparatione conſiſtit ipſa mate-
teria includit quiditatiue ipſam potentiã, quæ potentia eſt potentia paſ
ſiua, quæ potentia paſsiua non eſt res abſoluta, immo eſt relatio quædã
quæ identificatur realiter cum eſſentia materiæ, & eſt differentia ſubſtã
tialis materiæ, eo modo quo Auerrois loquitur de differentijs cum di-
xit. Actus & potentia ſunt differentiæ valde oppoſitæ entis, & circuũt
L omne genus. Declaraui enim alias de intentione Cõmen. duplex eſſe ge
nus, & duplices eſſe differentias, ſcilicet per analogiam, & per vniuoca
tionem, vnde ens ſecundum ipſum genus eſt analogum, ita actus & po-
tentia ſunt differentiæ analogicæ entis, quas moderniores modales dif-
ferentias nuncupauere, ens igitur per potentiam conſtituit materiam, ſi-
cut ens per actum conſtituit formam, vnde philoſophus. 12. metaphy. t.
cõ. 8. volens declarare quod ſit eſſe materiæ, diuidit prius eſſe per poten
tiam & actum, & concludit materiam eſſe ens in potentia. Et ſi conſide
retur probatio philoſophi & proceſſus eius loquitur de potentia paſsi
ua & receptiua materiæ, & non de potentia obiectiua, ſicut quidam vo
M lucre, ſed de hoc alias. Ad propoſitum igitur dico tam actum ꝙ po-
tẽtiã eſſe de quiditate & materiæ & formæ, in ſecunda ſui cõſideratiõe
ſecũdũ quã habẽt adinuicẽ cõparationẽ, qa materia vt ens in potẽtia re-
fertur ad formam, vt eſt ens in actu. Et iſta eſt cõſideratio de materia in
qua

qua conſideratur quo ad prædicata quiditatiua : quæ ſibi competunt in
primo ſigno naturæ eſt diuini:prædicata enim ſub quibus cõcipitur ma-
teria in tali eſſe ſunt abſoluta:cuiuſmodi eſt ſubſtantia & ens:patet autẽ
quod talia pertinẽt ad diuinum. Naturalis enim nõ conſiderat materiam
ſub aliquo prædicato abſoluto quod competat materiæ in prima ſui cõ
templatione:quia ſi quod eſſet:maxime eſſet natura. Natura autẽ prædi-
catum reſpectiuum eſt:cum ſit principium motus. Et hoc expreſſe ſentit
Com.2.phy.cõ.21.vbi dicit, qđ materia vt eſt vnũ entiũ pertinet ad di-
uinũ. Et com.4.ibidem:necnon.7.meta.cõ.9.&.8.meta.cõ.4. expreſſe
dicit ꝙ materiã eſſe ſubiectam pertinet ad metaphyſicũ:ſed naturam eſſe
ſubiectũ pertinet ad naturalẽ. Et hoc etiã ſentit Cõmen.12.meta.cõ.14.
vbi dicit qđ conſideratio materiæ in ſe & abſolute pertinet ad primum
philoſophũ:ſed de conſideratione materiæ in ſecunda ſui cõſideratione
per quã cognoſcit̃ in cõparatione ad alia. Diſtinguẽdum eſt:nã talis com
paratio poteſt eſſe tranſcẽdens:& poteſt eſſe limitata: & primo quidem
modo cõſideratur adhuc a diuino. Nam Commen.expreſſe.7. meta.cõ.
9.dicit qđ materia vt eſt ens in potentia cõſideratur a diuino philoſo- N
pho:& ita etiã forma vt actus conſideratur a diuino: quia philoſophus
8.met.15.dicit ideo ex materia & forma fieri per ſe vnum:quia illud po
tentia:hoc vero actus. ſed loquẽdo de materia in ſecundo eſſe quo ad cõ
parationẽ limitatã videlicet, vt eſt in potẽtia ad formã ꝑ trãſmutationẽ:
ſic pertinet ad naturalẽ. Et ſic intelligitur dictũ Commẽta.in.2. phy.cõ.
21.qđ materia in reſpectu formæ eſt conſiderationis naturalis : vnde li-
cet materia ſecundũ rem nõ ſit in potentia ad formã:niſi ꝑ trãſmutatio-
nẽ:tamẽ prior eſt ratio potentiæ & actus quã ratio trãſmutationis. iuxta
illud philoſophi.9.meta.t.cõ. primi. in plus eſt potentiæ & actus eorũ:
quæ dicunt̃ ſecundũ motũ ſolũ. Dico igit̃ iuxta Themiſtij & cõ. ſentẽtiã
materiã in ſecũda ſui cõſideratione includere quiditatiue potentiã ſine
limitata ſit ſiue trãſcẽdens:nã potentia abſolute eſt de quiditate materiæ
vt materia refert̃ ad formã:qa materia vt refert̃ ad formã quæ eſt actꝰ, nõ
poteſt abſolui a potentia in ſuo intellectu:cũ potẽtia ſit ratio referibilita
tis ad actũ:vnde licet paternitas nõ ſit de ratione Socratis:vt eſt ſubſtan
tia:eſt tñ de ratione Socratis:vt refertur ad filiũ:qa nõ niſi paternitate re
fertur. Vnde Boetius ſuꝑ prædicamẽtis dixit nihil incõuenire vnũ & idẽ
reponibile eſſe in diuerſis prædicamẽtis ſub diuerſis conſiderationibus.
homo abſolute eſt in prædicamẽto ſubſtantiæ : ſed homo vt pater eſt in
prædicamento relationis: ſimiliter materia, vt refertur ad formam, vt
ad actũ tranſmutabilẽ quiditatiue includit vt ſic potẽtiã tranſmutabilẽ:
& ſic cõſiderat eã naturalis. vnde oĩs cõſideratio quã habet naturalis de
materia eſt cõſideratio relatiua. Et ideo nõ incõuenĩẽter dixit philoſo- O
phꝰ.2.phy.26.materiã relatiue dici ad formã. nõ oĩs tñ cõſideratio quã
habet diuinꝰ de materia eſt relatiua: qa etiã aliquã abſolutã habet ſicut
illã quę eſt prima & mere ꝗditatiua:vnde naturalis cõſiderat materiã vel
ſub habitudine quã habet ad formã trãſmutabilẽ nõdum exiſtentem in
ipſa:vel ſub habitudine ad formã trãſmutabilẽ quæ actu eſt in ea. Et pri
mo quidẽ modo recte dicit̃ materia:& ſecũdo modo rectius dicit̃ ſubie-
ctũ:vnde Cõmẽ.7.me.cõ.9.dixit ꝙ materia vt eſt ens in potẽtia ꝑ tranſ
mutationẽ ꝑtinet ad naturalẽ. Et hoc.d.quãtũ ad iſtã conſiderationem

riã & talẽ potentiã dicẽs: ꝙ materia eſt ens abſolutũ: & talis potentia eſt ens reſpectiuũ: & qa abſolutũ vt abſolutũ nõ includit in primo ſigno naturæ aliquid reſpectiuũ: ſic materia in primo ſigno nõ includit potentiã: ſed ſolum in ſecundo & ſic etiam locutus eſt Cõmenta. de potentia primo phy. cõ. 7. vbi. d. ꝙ ſi potentia eſſet de quiditate materiæ: tũc ſubſtãtia materiæ eſſet ad aliquid. ibi enim habet pro inconuenienti materiã in ſuo eſſe quiditatiuo primo ſecundũ ꝙ in ſe conſideratur ꝙ potentia ſit de eius quiditate: qa tunc ſine dubio materia non eſſet ens abſolutũ: ſed ens reſpectiuũ. ſimiliter ſubſtãtia materiæ corrũperet ablatione potentiæ & præſentia formæ: nam talis potentia paſsiua reſpectũ dicit ad formã reci piendũ ſub ratione qua recipit eã ab agẽte: & talis potẽtia quo ad illum reſpectũ corrũpit inducta forma. & ideo ſi potentia eſſet de primo cõceptu materiæ: materia eſſet corruptibilis: qđ tamẽ falſum eſt: qa materia in ſuo primo eſſe abſtrahit a generatione & corruptione: qa eſt tantũ ipſa. eo modo quo Aui. dixit. ꝙ equitas eſt tantũ æquitas. Sed tu dices: cũ per te materia in ſecũda contẽplatione ſui includat quiditatiue talẽ potentiã igit cũ talis potentia ſit corruptibilis: ſequitnr qđ materia erit corruptibilis. & ad hoc dico qđ materia per potentiam ſui paſsiuam includit reſpectũ ad formã communẽ per ſe primo in ordine ad agens: & talis non eſt corruptibilis: niſi per accidẽs quia nõ corrumpitur ille reſpectus: niſi in ordine ad indiuidualem formã: quæ per accidẽs reſpicitur a tali potẽtia. & ſic non habeo pro inconuenieẽti materiã eſſe corruptibilẽ & variabilẽ ſecundũ eſſe: dum tamẽ ſecundũ ſui eſſentiã inuariabilis permaneat. Bene tamen pono in materia potẽtias proprias diſtinctas a materia: per quas materia primo reſpicit formas indiuiduales. Numerus enim formarum coegit ponere numerũ potentiarum. 12. meta. cõmẽ. 11. Et iſtæ potentiæ indiuiduales ſunt bene ſimpliciter generabiles & corruptibiles. & tales nullo modo ſunt de quiditate materiæ. Et iſtæ ſunt infinitæ ſucceſsiue nõ in actu: ſicut peſsime opinatus eſt Ioannes de gandauo in quæſtione propria de potentia materiæ ſuper. 1. phyſi. ſed ipſe nõ vidit Commẽ. 1. cæli. cõ. 120. nec recordatus eſt. cõmẽti. 120. quarti phy. Iſta eſt igitur ſentẽtia noſtra: quæ vt vides omnẽ cõtradictionem excludit. omnẽꝗ difficultatẽ abſoluit. & licet noua ſit: nõ tamẽ propter hoc cõtemnenda: cum conſuetudo ſit quid extraneum accidens veritati.

Concordantiæ Auer. ſuper ſecundo phyſi.

In ſecundo phyſi. cõmento primo dicit. quod nõ inuenitur corpus ſimplex qđ alteretur ex ſe: ſicut inuenitur corpus ſimplex quod mouetur in loco ex ſe. Huius tamẽ oppoſitũ videtur ſentire. 7. meta. com. 29. vbi vniuerſaliter loqui videtur de mobilibus motu locali: & de mobilibus motu generationis & alterationis. inquit enim quod quemadmodum eorum quæ mouentur in loco quædam mouentur ex ſe: & quædam ex alio. ſic eſt de generabilibus. & ita videtur ꝙ motu alterationis & generationis aliquid moueatur ex ſe. Ad hoc dicimus quod aliud eſt loqui in ſimplicibus corporibus: aliud in mixtis: vnde ipſemet Commenta. in hoc commen. dicit quod in compoſitis poteſt eſſe principiũ alterationis in ipſo alterato ab eis: quæ adueniunt corpori ſuo vt in animalibus & plantis. In. 7. igitur meta. loquitur de compoſitis: ſed hic loquitur de ſimplicibus. vide & gloſa ſic Auer. in. 8. phyſico. Commẽ. 1.

commento.20.& tex.commen.60.&.4.cæli.commen.24.& ſecũdo
de anima commen.50.& nono meta. commen.2. Et pro iſta ſolutione
vide tex.commenti.34.primi de generatione.
2 Secunda contradictio eſt in eodẽ commen.primo,ibi eñ dicit ꝙ vnũ
Commẽ.1. quodq; ens naturale habet principiũ tranſmutatiõis : & numerando ea
S quæ habent principiũ motus localis enumerat elemẽta : & habẽtia ani-
mas & corpora cæleſtia:videtur igitur velle motũ cæli eſſe naturalẽ.Et
pro hoc facit auctoritas eiuſdẽ primo cæ.cõ.81.vbi dicit.ꝙ nõ eſt cor-
pus naturale:cuius motus nõ ſit naturalis.Sed hui⁹ oppoſitũ ipſe habet
expreſſe.2.cæli.com.3.vbi.d.motũ cæli nõ eſſe naturalẽ. Solutio iſtius
quæſtionis præſupponit ſolutionẽ quæſtionis qua quæritur. vtrũ cælũ
ſit corpus naturale:quam diffuſe pertractat Cõmentator primo cæli.cõ.
5.ſed quantũ ad rei naturam attinet:debes ſcire ex ſententia Auer.cõ.5.
primi de cælo.Et com.3.ſecũdi phy.Natura dicit ſecundũ prius & po-
ſterius de inferioribus,& ſuperioribus corporibus:vnde ſecundũ natu-
rã rei natura per prius dicitur de ſuperioribus vtpote de cauſa:ꝙ̃ de in-
ferioribus quæ ſunt cauſata reſpectu ſuperiorũ.tamẽ ſecundũ famoſita-
tem iſta inferiora dicunt magis naturalia ꝙ̃ ſuperiora:ſicut teſtatur Cõ
mẽta.manifeſte.2.met.cõ.16.Dico igitur ꝙ Cõmenta. tenet motũ cæli
eſſe naturalẽ: quia eſt ipſum cælũ quoddã motũ ex ſe cõpoſitũ ex dua-
bus naturis,ſcilicet natura agẽte motũ:& natura recipiente motũ: ſicut
patet primo cap.de ſubſtãtia orbis.&.8.phyſi. tamen nõ eſt naturalitas
motus cæli eiuſdẽ rationis cũ naturalitate iſtorũ inferiorũ. Et intantum
proceſſerũt quidã cũ hoc fundamento ꝙ coacti ſunt dicere intelligentiã
eſſe formã formaliter dantem eſſe ipſi orbi.non enim aliter cælum eſſet
motũ ex ſe.Nec valet ſi dicatur ꝙ cælum pro aggregato ex intelligẽtia
& orbe ſit motũ ex ſe:quia a pari diceretur ꝙ aggregatũ ex plauſtro &
T bobus moueretur localiter, Et cõfirmant iſtud.7.phyſi. text. cõmento
10.omnis motus localis aut ex ſe:aut ab alio.Motus autem ab alio: aut
eſt pulſio:aut tractus:aut vectio:aut vertigo. Et ſi pulſio: aut impulſio:
aut expulſio.ergo ſi intelligentia non ſit forma intrinſeca cælo per for-
malem inhęrentiam:ſequitur igitur cælum non eſſe motum ex ſe:ſed ab
alio:& ſi ab alio mouebitur igitur aliqua iſtarum quatuor ſpecierũ mo
tus,videlicet,vel pulſionis:vel tractiõis:vel vectiõis:vel vertiginis: qđ
impoſsibile eſt dicere:ſicut patet ex rationibus formalibus iſtorũ.Nos
autem licet fecerimus prolixam quæſtionem de triplici cauſalitate intel
ligentiæ:in qua diffuſe declaratũ fuiſſe putamus intelligentiam non eſſe
vnitam per informationem ipſi orbi:ſed ſolum per appropriationem eo
modo quo motor dicitur forma mobilis:vndę Commentator.8.phyſi.
commento primo.principiũ motus de omnibus mobilibus eſt ſicut ani
ma de rebus viuis.Tamẽ quantũ ſpectat ad præſens dicimus motũ cæli
non eſſe naturalem a ſua forma:cum ſua forma non ſit natura:ſed ſit ſu-
pra naturam. Natura enim eſt inferior ad animam:& anima eſt inferior
ad intelligentiam.quomodo igitur dicunt motum cæli eſſe naturalem
ab intelligentia. ſequeretur igitur intelligentiam eſſe naturam : ſi in-
telligant motum cæli formaliter eſſe naturalem : quia eſt a forma quæ
eſt natura : ſi autem intelligant motum cæli eſſe naturalem effectiue ab
ipſa intelligentia, tunc non ſequitur quod intelligentia ſit forma dans
eſſe

eſſe orbi:quia ſtat,aliquē motū eſſe naturalem a principio paſsiuo intrin
ſeco tamē motus efficitur ab aliquo principio effectiuo extrinſeco:ſicut
eſt reſpectu ſimplicium motus alterationis in via:Cōmenta.vnde formo
contra illos rationem:cuius ſolutionē adhuc habere nō potui:quod im/
poſsibile ſit intelligentiā eſſe formā ſui orbis:vt iſti aſſerunt:quia ſi hoc
eſſet:aut hoc eſſet propter appetitum:aut propter motū in loco: nam vt
ſcribit Cōmentator primo capitulo de ſubſtantia orbis,non fuit dictū
cælum habere animam niſi propter appetitū & motum in loco: ſed neq;
propter appetitū:neq; propter motū neceſſe eſt,intelligentiam formali/
ter animare ipſum orbem:ergo nullo modo informat:vt iſti dicunt: ma/
ior eſt Auerro.vt dixit:& minor probatur primo quod nō propter appe
titum indiget intelligentia:vt ſit forma informans orbem. Nam intelli/
gentia intelligit & appetit per ſuam eſſentiam:vt eſt de intentione Com
mentatoris.12.meta.commen.25.36.&.39.&.51. qui vult quod in ab/
ſtractis a materia idem eſt intelligens & intellectio & intellectū: ſi enim
intelligentia in intelligendo dependeret a ſuo orbe cum ſua intellectio
ſit ſua ſubſtantia ſecundū ipſum.Accideret ergo intelligentiam eſſe cau
ſatam a ſuo orbe quod eſt impoſsibile:& contra Cōmenta.primo phy.
commento.63.Si vero dicas propter ſecundū ſcilicet propter motū in/
telligentiā eſſe formā.Contra,intelligentia ad cauſandum motum habet
omnem actiuitatem abſq; hoc quod vniatur ſibi formaliter: ergo pro/
pter iſtam cauſam non oportet ipſam dare eſſe orbi:aſſumptum proba/
tur:quia intelligentia non mouet orbem manu:aut pede aut aliquo cor/
poreo inſtrumento:ſed ſolo intelligere:& velle,iuxta illud Auer.12. me
taphyſi.commen.36.corpora cæleſtia ſunt animata:& declarat quomo/
do ſint animata,& dicit & non habent de virtutibus animæ niſi intelle/
ctum, & virtutem deſideratiuam:quæ mouet in loco:ſi igitur intelligen/
tia mouet orbem per intelligere & velle:ſed ſuū intelligere & velle ab/
ſtractum eſt & non ſit mediante corpore:nec mediante aliquo exiſtente
in corpore:ſequitur ergo propter neutrū iſtorum intelligentiā dare eſſe
formaliter orbi:& hoc teſtatur etiā Commentator.8.meta.commen.12.
vbi dicit quod corpora cæleſtia ſunt animata ex corpore & forma intel
ligibili.Et declarans quomodo:ſubdit:non ita quod anima ſit res anima
ta:neq; ſic quod ibi ſit aliquid quod animetur per animam aut viuat per
vitā:ſed ſunt animata per ſe:& viua:omne enim quod viuit per vitam &
animatur per animā eſt generabile & corruptibile:iſta autē verba pro tā
to,dicit quia in rebus anima informāte animatis res animata eſt anima
ſua:quia tota quiditas taliū eſt a ſua forma.7.meta.34.&.21.quiditas ho V
minis eſt homo vno modo. Sed corpora cæleſtia ſunt animata per ſe
& viua:hoc eſt dictū habet formā quæ appellat̃ vita & anima orbis per
ſe:quia nō trāsfunditur in orbē formale viuere:& animatū eſſe. Si enim
ſic eſſet vtiq; verū eſſet dicere orbē viuere per intelligentiam:ſicut eſt in
iſtis inferioribus.Et ideo etiā ſecundū ipſum nō ponitur ibi anima ima
ginatiua:ſicut poſuit Auicē.ſunt igitur animata corpora cæleſtia: & vi/
ua per ſe,id eſt,ſolitarie:quia habēt ſibi appropriatū principiū q; poteſt
dici anima & vita:iuxta illud ſupra allegatū principiū motus de omni/
bus mobilib⁹ eſt:ſicut anima de reb⁹ viuis.vnde in vlt.c.de ſubſtātia or
bis:declarat q̄uo intelligētia eſt ſaparata ab orbe, dicit qd' hoc eſt inq̄tū X

iſtud corpus nō indiget ipſo:quia ipſum eſt parmanēs per ſe. Reuertamur igitur & dicamus motū cæli eſſe naturalē:nō quia ſit a forma naturali cauſatus:ſed quia eſt a principio paſſiuo habēte ex ſui ratione intrinſeca inclinationē ad ſuſcipiēdū motū ab ipſa intelligētia:quæ eſt intrinſeca cælo: ſumendo cælū pro aggregato ex intelligētia & orbe, & eſt intrinſeca quantū ad operationē,non quantū ad formale eſſe. Et ſic dico cælū eſſe motū ex ſe:orbis autem natura eſt:& quiditatiue a naturali conſideratur:eſt autē natura quæ eſt materia nō in potentia, ſed in actu: natura enim analogice dicitur de illa & iſta materia. Naturalitas autem accidentiū habet attēdi penes ſubiectū ſuū:& nō penes efficiens:ſubſtātia enim vt dicit Cōmentator.4.meta.cōmē.2.nō eſt cauſa accidētis ſecundū finē & efficiens:ſed ſecundū materiā.Motus enim lapidis proiecti deorſum ab aliquo nō eſt naturalis ratione proijcientis: ſed ratione

Y ſui. Et quādo dicitur qđ a pari aggregatū ex plauſtro & bobus eſſet motū ex ſe:quia boues ſunt intrinſeci tali aggregato. Reſpōdetur negādo cōſequēs & cōſequentiā:quia nō eſt talis habitudo inter plauſtrū & boues qualis eſt inter orbē & intelligentiā:nā ſecundū Auerr.2. cæli cōmē.3.ex intelligentia & orbe fit verius vnū quā ex materia & forma: nā intelligētia nō vnitur orbi diuiſibiliter:nec mediante quātitate: ſicut vnitur forma materiæ ſimiliter plauſtrū nō habet naturalē inclinationē ad motū:ſicut orbis ad motū. Et ideo bene motus plauſtri eſt ab alio. Et de illo bñ cōcedimus qđ ſit de aliquo illorū generū videlicet vł pulſio:vel vectio:vel vertigo:vel tractio:vnde illa diuiſio pertinet ad motus violentos:violentū autē(vt dicit Philoſophus in tertio Ethicorū.) eſt cuius principium extrinſecū eſt nihil nonferente illo: cui vis affertur: qualiter non eſt in propoſito de orbe:licet hoc ſit verum de plauſtro reſpectu boum:quare patet ſolutio.

Z Ad formā igitur contradictionis principalē dicimus motū cæli eſſe naturalē. Ad oppoſitū autē reſpōdetur quod Cōmentator nō negauit motū cæli omnibus modis eſſe naturalē:ſed negauit ipſum non eſſe naturalē:ſicut motus elemētorum eſt naturalis:vt ipſe expreſſe habet. Pro quo aduerte quod elemēta mouētur a principio intrinſeco actiuo: ſicut patet per ipſum cō.primo,&.3.in.2.phyſi.Et in cō.71.ſuper.4.phy. Et tertio cæli cō.23.& alibi infinities elemēta enī nō habēt principiū paſſiuū intrinſecū:per qđ moueātur:quia illud eſt ens in actu: elemēta autē nō habēt niſi primā materiā & formā:& prima autem materia eſt ens in pura potētia:& ideo naturalitas in motu elementorū eſt a principio intrinſeco actiuo quod eſt natura:tale autē eſt ipſa forma elementi:motus autē cæli eſt naturalis oppoſito modo:quia ſua naturalitas eſt ex parte principij paſſiui:quia celū habet materiā in actu & nō habet naturalitatem ſuā a forma:quæ ſit natura:immo ſua forma eſt aliquādo natura.Et hoc conſiderauit Magnus Albertus in.2.phy.ad principium dum dixit motū cæli nō eſſe motū naturę:ſed intelligentię:cōparando valet ipſum motū ad principiū actiuū:quia tale non eſt natura:ſed intelligentię:recte igitur dixit Cōmenta.corporis cæleſtis motū non eſſe naturalē:ſicut eſt motus elemētorū:nam naturalitas in motu elementi eſt a forma:nō a materia:ſed naturalitas in motu cæli eſt a materia nō a forma.Cuius tamen oppoſitum ſentiunt moderni ad pauca reſpicientes.

Tertia

Tertia cõtradictio eſt in cõmento.10.ſecũdi phyſi.ibi enim dicit for- Cõmen.10.
mam eſſe comprehenſibilem intellectu:& hoc idem ipſe ſentit in primo 3
cæli commen.9.vbi habet formam eſſe ſubiectũ vniuerſalitatis. Et per
conſequens intelligibilitatis.huius tamẽ oppoſitum inuenimus ab ipſo
in ſecũdo de anima cõ.2.vbi videtur velle formam ſenſu comprehendi.
Ad hoc dicendũ puto cum Auerr.12.meta.commen.14.quod forma
non comprehenditur ſecundũ ſe a ſenſu:ſed ſecundũ ſuam actionem. Et
ideo non comprehenditur ipſa niſi ab intellectu:quãdo igitur dixit hic
& primo cæli ab intellectu comprehendi formam:hoc eſt intelligendũ
de ipſa forma in ſe.ſed quãdo dixit eam ſenſu comprehendi:hoc eſt quã-
tum ad ſuam actionem:ſed ſi ſic ſoluamus:tunc reſtat maius dubiũ: quia
ſecundũ Auer.2.de anima cõmen.63.ſenſus hominis:& precipue virtus
cogitatiua cognoſcit intentiones indiuiduales omnium decẽ prædicamẽ-
torum, Et per conſequens ipſa forma ſubſtãtialis cognoſcitur a ſenſu:
nedũ in ſua operatione:verũ etiam in ſeipſa.Dicamus ergo aliter cũ ipſo
primo meta.cõmẽ.27.vbi dicit quod ſenſibilia habent duos modos cõ-
prehenſionis,modũ qui nõ eſt ſcientia eorũ: ſed imaginatio. Et modum
qui eſt ſciẽtia eorũ eſt intellecta vniuerſalia:vnde ſolutio cõſiſtit in hoc
ſenſibilia iſta particulariter cõcepta & formæ ipſorum:vt ſic a ſenſu cõ-
cipiuntur:& precipue a ſenſu hominis:qui eſt virtus cogitatiua:ſed ſenſi-
bilia iſta & ſuæ formæ vniuerſaliter cõceptæ a ſolo intellectu cõcipiun-
tur:& hoc intellexit cõmenta. 10. dum dixit quod per rationẽ intelle-
xit diffinitionẽ:& dixit hoc:quia forma cõprehenditur per intellectum:
ecce quomodo ſumitur ibi forma pro forma vniuerſali, quæ diffinitio-
nem conſtituit:vnde Commentator plerũq; vniuerſale formam appellat
& intelligere formare per intellectum.
Quarta cõtradictio eſt in cõmen.18.vbi dicit aſtrologiam abſtrahe- Cõmen.18.
re a motu.Huius tamen oppoſitũ videtur dicere primo meta.commen. 4
19.niſi eſſet quod aſtrologus abſtrahit a motu pro quanto non conſide-
rat & demonſtrat per mediũ ſenſibile:ſicut demonſtrat naturalis:immo
formale mediũ in conſideratione aſtrologica eſt mathematicũ: bene ta- A
men conſiderat motũ in ratione materiæ nõ in ratione formæ: conſide- Aſtrologia.
rat enim motus corporum cæleſtiũ ſecundũ ſui quãtitatẽ:& ſecundũ ve-
locitatẽ & tarditatẽ:& ſecundũ proportionalitatẽ:quã habent adinuicẽ:
& patet qđ omnes iſti modi ſunt mathematici:formale igitur in aſtrolo-
gia eſt mathematicũ:ſed materiale eſt naturale, & ideo recte .d.Cõmẽ.1.
meta.cõmẽ.19.Et.2.cæli.cõmẽ.57.&.12.meta.cõmẽ.44.quod aſtrolo-
gus cõſiderat corpora cæleſtia:quæ ſunt ſubſtãtia eius:nõ tamẽ conſide-
rat ea ſecundũ qđ ſunt mota:& ſic ſedatur contradictio:ſicut vides.
Quinta cõtradictio eſt in cõmen.26.vbi dicit cõſiderationẽ, quidita- Cõmẽ. 26.
tiuã eſſe vſq; ad formã hominis:vtinã quæ eſt media inter formas mate- 5
riales & abſtractas ex quo patet dari aliquã naturã mediã inter naturam
abſtractã & materialẽ.Huius tñ oppoſitũ ſcribit ipſe primo meta.com.
39.vbi dicit qđ notũ eſt per ſe qđ nulla natura eſt media inter abſtractũ
& materiale. Ad hoc dicimꝰ mediũ duplex eſſe.videlicet ꝑ abnegatiõnẽ
extremorũ:& ſic dicit cõmẽ.primo met.nullã eſſe naturã in effectu:quæ
nec ſit materialis:nec abſtracta ſicut videtur ſequi cõtra antiquos cõtra
quos inuehit ibi Philoſophus & cõmen. Aliud autẽ eſt mediũ ſecundũ

cõparationẽ vel participationẽ proprietatũ ipſorũ extremorũ: & ſic dicimus de intẽtione Auer. elemẽta media eſſe inter ſubſtantiã: & accidẽs ſic etiã verificatur dictũ eius hic qđ intellectiua: quæ eſt forma hominis vltima eſt media inter abſtracta & materialia: quia pro quãto in ſua operatione dependet a phãtaſmatibus: ſic cũ materialibus cõuenit pro quãto vero nõ eſt forma educta de potẽtia materiæ & habet aliquã ſibi operationẽ in ſe cõſiderata: in qua nõ depẽdet a corpore ſecũdũ ipſum. 3. de anima cõ. 20. ſic cũ abſtractis dicitur cõuenire. Et hoc forte voluit dicere Themi. ſuper primo phy. ad principiũ: qđ ſcientia de anima eſt mathematica & media: eſt enim mathematica oppoſito modo quo ſunt entia mathematica: quia talia ſecundũ eſſe ſunt in materia: ſed ſecundũ cõſiderationẽ a materia abſtrahũt: ſcientia vero de anima: & precipue quo ad

B iſtã partẽ: in qua agitur de anima intellectiua eſt de obiectio ſecundũ eſſe abſtracto a materia: nõ autẽ ſecundũ cõſiderationẽ: cũ etiã anima intellectiua ibi cõſideretur vt actus corporis. Dicamus igitur nil prohibere ſecundum conſiderationẽ dari mediũ inter abſtractum & materiale: ſed bene ſecundũ eſſe inconueniens eſt aliquid eſſe quod non ſit neq; hoc neq; illud. Et ita hæc poteſt eſſe ſecunda ſolutio vel ex duabus fiat vna.

Cõmẽt. 70. 6 Sexta cõtradictio eſt in cõmen. 70. vbi dicit cõmẽ. qđ diuina ſciẽtia cõſiderat res exiſtẽtes ſecundũ qđ exiſtũt. Huius tamẽ oppoſitũ ſcribit ipſe & Philoſophus. vij. meta. tex. cõ. liij. vbi habẽt rerũ exiſtẽtium nõ eſſe diffinitiones neq; demõſtrationes: niſi eſſet qđ per res exiſtẽtes ſecũdũ qđ exiſtunt. Cõmen. voluit res materiales: voluit enim dicere diuinam ſcientiã nõ ſolũ cõſiderare de rebus abſtractis a materia: verũetiam de reb⁹ exiſtẽtib⁹ ſecũdũ q̃ exiſtũt. i. de rebus materialib⁹: vnde de iſtis materialibus diuina ſciẽtia cõſiderat, inquantũ exiſtũt, id eſt, inquantũ entia ſunt, & ſub rationibus quæ cõpetunt enti inquãtũ ens eſt. Et iſta eſt expreſſa ſentẽtia Commẽta. xij. meta. commẽ. primo & . 29. & . 4. me. tex. cõ. primi & . 6. me. tex. cõ. primi: ſciẽtia diuina eſt entis inquãtũ ens: & eorũ quæ huic inſunt & in procemio metaphy. ſapiẽtis eſt omnia cognoſcere: vt contingit, id eſt, ſub rationibus trãſcendentibus: per res igitur exiſtẽtes non intellexit res cum actuali exiſtentia: ſed quiditates materiales ſub rationibus tranſcendentibus conſideratas: quare.

Cõmẽ. 80. 7 Septima contradictio eſt in cõmẽto. 80. ibi enim dicit philoſophus & Cõmen. apes & formicas agere ſine cognitione. Huius tamẽ oppoſitum ſcribit Commẽ. ſecundo de anima commẽ. 156. niſi eſſet quod dictum in hoc loco intelligitur ſic: qđ videlicet talia animalia agunt ſine cognitione finis rei actæ: ſicut yrundo: quæ nũquã nidificauit agit: nõ tamen agit per cognitionẽ finis rei actæ mota: bene tamen agit per cognitionẽ reſpectu rerũ: quæ ad finem ordinatur vel ad opus: niſi enim cognoſceret paleas & lutum vtiq; nidum conſtruere non poſſet.

Concordantie Auer. ſuper. 3. phyſi.

Cõmen. 4. 1 Prima cõtradictio ſuper. 3. phy. eſt in cõ. 4. ibi enim Cõmen. diffiniens motũ materialiter ſumptũ. dicit qđ mot⁹ nihil aliud eſt quã generatio partis poſt partẽ illius perfectionis ad quã vadit motus donec perficiatur: & ſit in actu: ex quo patet motũ fieri & maxime motum intẽſionis per additionẽ partis gradualis ad partem gradualem. Huius tamen oppoſitum videtur ſentire expreſſe Commentator in. 4. phy

commen.

commen.84.ibi enim dicit additionem caloris agentis in calorem cor/
poris nõ fieri ſecundũ additionem partis in toto. & vniuerſaliter partis
materiæ in materiã:ſed ſecundũ additionẽ agentis in paſsionẽ patientis,
ſcilicet ꝙ quando calor agentis vigorabitur creſcat calor patientis non
ſecundum additionẽ partiũ calidarum extrinſecarum:cum ad patientem
non transferatur aliquid ab agente. Iſta cõtradictio tangit maximam A
controuerſiam inter duos principes noſtræ militiæ,ſcilicet ſanctum do
ctorem:& doctorem ſubtilem:qui in primo ſententiarum. diſtin. 17. in
materia de habitibus: quæſtione.2. de modo augmenti charitatis ſunt
diſcordes:vnus enim tenuit intentionem illam non fieri per additionem
gradus ad gradum:quia illi gradus:aut eſſent ſpecie diſtincti: aut nume/
ro:non ſpecie:quia omnes charitates ſunt eiuſdem ſpeciei:neq; etiam di
ſtinguuntur numero : quia talis eſt ex parte materiæ: ſicut hæc albedo
differt numero ab illa:quia eſt in alio ſubiecto:charitas autem quæ addi
poteſt additur in eodem ſubiecto in quo eſt præcedens : intenſio igitur
charitatis:& cuiuslibet formæ non fit per additionem alicuius gradus:
ſed ſolum quia illa qualitas quæ prius inerat intenditur ſecundum pro/
pinquitatem ad terminum. Et iſta eſt via ſancti doctoris vbi ſupra. Sco/ B
tus vero ponens ſuas echeitates dixit intentionem fieri per additionem
gradus ad gradum:& dixit iſtos gradus numero differre per ſuas echei/
tates:licet in eodem ſubiecto ſint. In via etiam ſancti doctoris diuerſitas
eſt inter ſequaces ſuos vtrum intenſio formæ fiat ſecundum eſſe:aut ſe/
cundum gradum. Nam quod ſecundum eſſentiam fiat impoſsibile eſt:
quia eſſentiæ rerum conſiſtunt in pũcto: ſicut videtur velle philoſoph⁹
8.meta.com.& tex.10.oportet ergo quod iſta intenſio fiat:aut ſecundũ
eſſe:aut ſecundũ gradũ:quidam autẽ præcipue Thomiſtarum tenuerunt
intenſionẽ formæ fieri non ſecundũ eſſe.quia hoc videt̃ eſſe cõtra ſanctũ
Thomam in infinitis locis.primo ſententiarum.diſt.17.q.2.art.primo,
& in ſecunda ſecundæ.q.24.arti.4. in reſponſione ad tertium. Et ideo
dixerunt iſtã intenſionẽ formæ fieri per additionẽ gradus ad gradũ: qui
tamen gradus additus identificatur præexiſtenti:& non remanent diſtin
cti:ſicut poſuit Scotus. Et hanc viam imitatus eſt ſubtiliſsimus thomi/
ſtarum Herueus brito in quolibeto. 2.q. 13. ſicut eſt in alimento.quod
pars ſequens addita identificatur præexiſtenti:ſic eſt de intenſione for/
mæ quantum ad gradus. Capreolus autem primo ſententiarum tenuit
intenſionem formæ fieri ſecundum eſſe. quicquid ſit : vna iſtarum via/
rum videtur habere auctoritatem Commen.3. phyſic.com.4.pro ſe. &
alia habet commen.84. & textum:etiam quarti phyſi. & ita Commen.
ipſe remanet in contradictione:niſi eſſet ꝙ hic dixit motum eſſe acquiſi
tionẽ partis poſt partem:quæ quidẽ acquiſitio eſt vniuerſalis in omni/
bus formis acquiſibilibus per motũ:quia ſecundũ ipſum ſunt partibili/
ter acquiſibiles:vtrũ autem omnes per minima:nec ne in primo ſatis di/
ximus ſuper com.62. Iſtam autem acquiſitionem ponit Commẽ. ita ꝙ
fiat ex potentia materiæ educta ad actũ.negat tamẽ Cõmen.4.phyſi. cõ
men.84.acquiſitionem partis poſt partem ab extrinſeco factam. & iſta
non contradicunt : ſicut vides . vnde ſi ponderabis verba commenti
84. nihil plus inuenies : videre autem quæ illarum viarum extrema/
rum ſit verior non eſt præſentis ſpeculationis, vbi enim eſt diſcordia

inter

inter Scotum & ſanctum Thomam difficile eſt videre veritatem.

2 Secũda cõtradictio eſt in cõmen.17.quia ibi declarãs quomodo ſem
Cõmen.17. per forma habet ratiõẽ agendi & mouendi declarat hoc de quantitate
C & qualitate. & ſic videtur ponere quantitatẽ eſſe de principijs actiuis:
huius tamẽ oppoſitũ ipſe ſcribit:ſeptimo metaph.commẽ.32. vbi habet
ꝙ nõ eſt neceſſariũ vt ante qualitatẽ generatã:aut quantitatẽ:vt etiã di/
citur in litera ſit alia qualitas agens:aut quantitas:ſimiliter.4.phyſi.cõ/
men.lxxxiiij.dicit quantitatem nõ eſſe de principijs actiuis.ſed ſequitur
potentias actiuas & operationes earũ.Ad hoc dicimus quantitatem nõ
eſſe de principijs actiuis actione reali:bene tamen eſt de principijs acti/
uis actione ſpirituali:& maxime tenendo:ſicut tenet Commenta. ſecun
do de anima.cõmen.133.talia ſenſibilia cõmunia ſentiri per propriã ſpe
ciem.In actione autem reali:licet non ſit ratio agendi: eſt tamen condi/
tio:quia in agentibus materialibus actio eſt per contactum. contangen/
tia autem ſunt quorum vltima ſunt ſimul.5.phyſi.22.Et ſic quoquomo
do quantitas poteſt dici forma agens:quia non poteſt immediate ſubſtã
tia aliqua ſeparata tranſmutare materiam.vt dicit commen.7.metaphy.
28.&.31.commen.ſic igitur cum quantum agat vt quantum:licet quan
titate non agat:vt principio actiuo:ſed vt conditione neceſſario requiſi
ta tamen vt ſic concedi poteſt aliquo pacto quantitatem eſſe de princi/
pijs actiuis:reductiuæ ſcilicet & cõcomitanter ſicut ipſemet dicit quod
quantitas conſequitur potentias actiuas & operatiões ipſarum:ſed ipſa
formaliter non eſt de principijs actiuis. Illud autem quod adducitur de
ſeptimo me.32.non videtur eſſe multum ad propoſitum contra textum
iſtum:& com.17.huius tertij.quia ibi Philoſophus & com.non negant
qualitatem vel quantitatem eſſe de principijs actiuis : ſed ſolum dicunt
ꝙ in ſubſtãtijs ſolũ eſt neceſſariũ:ꝙ id quod generaꝛ:generet ab aliquo
ſibi ſimili in ſpecie.In qualitatibus aũt & quãtitatibus illud nõ opor/
tet ſtat enim aliquam qualitatem generari ſicut dicit Commen. quæ ta/
men non gubernabitur a ſimili ſibi in ſpecie præexiſtente:ſicut qualita/
tes quæ ſubſequuntur formam mixtionis primarum qualitatum.

3 Tertia contradictio eſt in commen. 31. quia ibi dicit ꝙ eſt per ſe notum
Cõmẽ.31. cõtinuum diuidi in infinitum.ſexto aũt phyſi.colligitur oppoſitũ: quia
E ibi demonſtratur:demonſtratio autem non eſt ad per ſe nota. Reſpon
detur a modernis ꝙ nõ inconuenit vnam & eandem propoſitionem eſſe
per ſe notam in vna ſcientia: & in alia demonſtratam : ſicut enim docet
philoſophus primo poſterio.chirurgia ſubalternaꝛ mathematicæ ſcien/
tiæ quo ad iſtam concluſionem:ꝙ vulnera circularia tardius ſananꝛ: ita
etiam licet ſcientia naturalis & mathematica non ſint ſe inuicẽ ſubalter
nantes ſimpliciter:tamen ſcientia naturalis quo ad iſtam propoſitionem
ſubalternat ſibi ſcientiam mathematicam:nam vt inquit Cõmen.in iſto
com.iſta eſt vna maxima in mathematicis:quod diuiſio menſurarũ ten/
dat in infinitum. & Commen.ſubdit quod hoc videꝛ eſſe per ſe notum:
F ſed illi qui ponunt magnitudines componi ex indiuiſibilibus:vt Plato:
non concedent hanc diuiſionem.Sed vnum per quod deſtruitur iſta opi
nio eſt hoc principium,videlicet,quod magnitudo non componitur ex
indiuiſibilibus:& iſtud bene deſtruiꝛ per principia naturalia; & ſubdit
Cõmẽ.ꝙ exiſtimatur illic,ſcilicet in ſexto phy.ꝙ hoc demonſtratur in
ſcientia

ſcietia naturali, ſcilicet ꝙ continuū ſit diuiſibile in infinitū. Et ſubdit ꝙ non eſt remotū ꝙ hoc principiū ſit per ſe notū, videlicet, continuum eſſe diuiſibile in infinitū. Et tamen ſit ignotum naturaliter ꝙ cōtinuum vel magnitudo ſit cōpoſita ex indiuiſibilibus: tamē cum fuerit declaratum magnitudines non componi ex indiuiſibilibus: tunc ſcietia de hoc principio erit certificata: ſequitur enim ex hac poſitione ꝙ magnitudo diuiditur in ſemper diuiſibilia: vt declarauit Ariſt. in ſexto: forte igitur geometer ponit hoc principiū: vt naturalis diſſoluit hanc quæſtionem. vbi dicamus quod iſtud principiū indiget demonſtratione. & hæc erit in hac ſcietia: & de hoc perſcrutabitur in ſexto: in quibus verbis Commē. ſecūdū expoſitionē modernorū innuit duas ſolutiōes: vna eſt quod iſta. cōtinuū eſt diuiſibile in infinitū. eſt per ſe nota: tam in ſcientia naturali ꝙ̄ in mathematica: ſed iſta ꝙ magnitudo ſit compoſita ex indiuiſibilibus eſt ignota: & demōſtraſ in ſcietia naturali. Alia reſpōſio eſt quod vtraq; eſt ignota & vtraq; eſt demonſtrata in ſcietia naturali. Sed ſalua pace taliter exponentium hoc nō poteſt ſtare: quia Cōmenta. infra, cōmen. 70. dicit ſuper verbis philoſophi. ibi, quando. d. ꝙ poſt dicem⁹ de vnoquoq; eorum: de cauſa in hoc ꝙ omnis menſura ſit in magnitudines diuiſibilis: ſuper iſtis verbis. d. Commēta. ꝙ hoc ſignificat ꝙ diuiſio mēſure ſemper eſt nota per ſe. Et quod cauſa eius indiget demonſtratione: non ſicut quidam exiſtimant quod geometer accipit hoc eſſe a naturali. Ecce igitur clariſsimam ſententiam Auer. contra communem errorem modernorum tenentium naturalem demonſtrare continuum eſſe diuiſibile in infinitum: ipſe enim vult hanc eſſe per ſe notam in vtraq; ſcientia, ſcilicet naturali & mathematica quantum ad eſſe: ſed bene eſt ignota quantū ad propter quid: & quo ad hoc commen. dicit illam demōſtrari in ſcientia naturali: & illa demonſtratio ſecundum ipſum eſt demonſtratio cauſæ tantum: non enim inconuenit aliquam propoſitionem quo ad quia eſt: notam eſſe: quæ tamen non ſit euidens euidentia cauſæ: ſicut lunam eclypſabilem eſſe notū eſt ad ſenſum: non tamen propter quid eclypſetur eſt notum: cauſa igitur propter quam continuum eſt diuiſibile in infinitū ignota eſt: & eſt iſta: quia magnitudo ipſa non eſt compoſita ex indiuiſibilibus: & iſta demonſtratur in ſcientia naturali: & ſic dixit Cōmen. in com. 31. iſtud principium indigere demonſtratiōe, ſcilicet demōſtratione cauſæ tantum: non demonſtratione dante cauſam & eſſe: quia quantum ad eſſe iſtud eſt per ſe notum: & in nulla ſcientia demonſtraſ: & ſic patet quod non dedit commen. duas rationes: ſed eſt vna reſponſio. Aliter enim cōmen. contradiceret ſibi in cōmento illo: & in cō. 70. & ita in modico ſpacio ſui oblitus contraria diceret. Melius eſt igitur exponere ipſum Auer. per ipſummet: & dicere ſicut diximus: quod continuum diuidi in infinitum eſt per ſe notum: & in nulla ſcientia demonſtratur: ſed cauſa eius eſt ignota: & quo ad illud indiget demonſtratione. Et ex hoc patet quod ſolutio modernorum non poteſt ſtare: qui volunt mathematicam ſubalternari philoſophiæ naturali quo ad iſtud principium: quod continuum ſit diuiſibile in infinitum: patet hoc eſſe falſum. quia demonſtratio erigitur ſuper re ignota. iſtud autem principiū eſt notum per ſe: ſicut inquit commen. in vtraq; ſcientia. ergo eſt indemōſtrabile in vtraq;: ſimiliter patet quod fruſtra quærunt ſuper. 6. phy. vtrum demonſtratio:

G

H

demonſtratio:qua demonſtratur continuum eſſe diuiſibile in infinitũ:ſit
demonſtratio naturalis:vel mathematica: & faciunt quinterniones ſatis
diffuſos ſuper hoc:patet quod omnia iſta ſunt ſine propoſito: quia in.6.
phyſi.non fuit demonſtratum an continuum ſit diuiſibile in infinitũ. ſed
cauſa propter quam eſt diuiſibile fuit demõſtrata. Nota igitur mi Mece
nas ſolutionem iſtam:& manda memoriæ: quia viri magni & illuſtres
4 noſtri temporis ſuper iſto paſſu ſunt decepti errore manifeſto.
Cõmẽ.40. Quarta cõtradictio eſt in commen.40.quia dicit.omne corpus eſſe fi
1 guratum.Inſtantia eſt.3.celi.67.de elementis qui nullam figuram habẽt.
Reſpondetur.omne corpus eſſe figuratum vel ratione ſuæ formæ: vel
ratione continentis. Et hæc elementa: quia ſunt indifferenter omnium
figurarum receptiua: ideo de ſe dicuntur infigurata eſſe:terminantur au-
tem ipſa merito continentis. Et ideo merito continentis habent figu-
ram.j.& ſecundum eius diſpoſitiones diſponuntur & ipſa: & ſic patet
qualiter omne corpus dicitur eſſe actu figuratum. & hoc non contradi-
cit quod elementa de ſe dicantur infigurata.
5 Quinta contradictio eſt.3.phy.cõ.54.vbi habet mundum eſſe in loco
Cõmẽ.54. per partes.huius tñ oppoſitum videt̃ ſentire.4.phy.43. Reſpõdetur ꝙ
hic ſumpſit mundum pro toto vniuerſo:& de hoc eſt verũ ipſum eſſe in
loco:quia partes eius ſunt in loco:ſicut ipſemet dicit.4.phy.commento
44.ſed quãdo dicit quod mundus non mouetur per partes contra The-
mi.ibi ſumpſit mundum pro corpore cęleſti quod circulariter mouetur:
quia tale ſecundum ipſum mouetur ſecundum totum, quantum ad for-
mam:ſecundum partes vero:& quantum ad formam & materiam ſimul
ſicut ipſe dicit ibi.&.6.phyſi.85.
6 Sexta contradictio eſt in commẽ.60.vbi tenet magnitudinẽ tam ma-
Cõmẽ.60. thematice quã naturaliter conſideratam eſſe diuiſibilem in infinitum. hu-
ius tamen oppoſitum reperitur in dictis eius.4.ph.cõ. 82.vbi.d. qđ li-
cet linea ſecundum quod linea diuiſibilis ſit in infinitũ:nõ tamẽ ſecun-
dum quod eſt terreſtris aut ignea.Soluitur.linea poteſt conſiderari vt li-
nea pręciſe:& ſic cõſiderari habet a mathematico prout videlicet.abſtra
xit a materia ſenſibili:& ſic diuiſibilis eſt in infinitum. Alio modo po-
teſt conſiderari:vt eſt in materia prima abſolute: & vt ſic conſideratur a
naturali.& vt ſit diuiſibilis eſt in infinitum:quia infinitas eſt ex parte ma
teriæ:finitas vero eſt ex parte formæ.3.phy.com.65.infinitas accidit ma
teriæ ſecundum qđ eſt materia.Alio modo poteſt conſiderari linea ſecũ
dum quod eſt in materia quali:& ſic a naturali conſideratur: & vt ſic nõ
j.ca.de ſub- eſt diuiſibilis in infinitum:quia vt ſic concernit formam a qua eſt termi-
ſtãtia orbis. natio & actus. Et ſic verificatur dictum Commenta.hic de linea natura-
li:vt eſt in materia prima abſolute:ſed.4.phy.72.verificatur ſua ſenten-
tia de linea naturali:vt eſt in materia quali:ſicut manifeſtant verba eius.
vtrum autem in aliquo caſu etiam linea:vt in materia quali: ſit diuiſibi-
lis in infinitum pertinet ad quæſtionẽ de minimis:quia in via corruptio-
nis non inconuenit in multis caſibus negari minima ſecundum multos
ſolennes Auerroiſtas:ſed de his alijs.

Concordantiæ Auerro.ſuper.4.phy.

1 Dicit Cõmẽ. in commẽ.20.quarti phy.ꝙ illud quod eſt ꝑ accidẽs
Cõmẽ.20. aliud eſt rarũ: & aliud eſt ſemper. Huius tñ oppoſitũ inueni-
tur.

tur.8.phyſi.commento.36.vbi habet quod illud quod eſt per accidens L
non eſt ſemper, neꝗ neceſſarium. Reſpondetur ꝙ ly per accidens. 8.
phy.ſumitur vt diſtinguitur contra primo,& per ſe. Non ſic autem in
iſto loco,ſed ſumitur abſolute,vnde dixit ꝙ tale aut eſt ſemper vel fre/
quenter,& de tali fiunt demonſtrationes iuxta ſententiam philoſophi in
primo poſteriorum.Eorum quæ ſæpe fiunt quæ demõſtrationes appel/
lant dialecticæ vt inquit Cõmẽtator ibi.de raro aũt nõ fit demõſtratio.
Dicit Commentator in cõmẽ.27.quarti phyſicorũ, ꝙ nihil ſeipſum
recipit,neꝗ per ſe,neꝗ per accidens, huius tamen oppoſitum inuenitur 2
3.de anima,de intellectu qui recipit ſeipſum per accidẽs,quia poſt alio/ Cõmẽ.27.
rum receptionem vt patet tex.commen.8.Et idem ſentit Commen. 12.
meta.commen.51.niſi eſſet ꝙ quarto phyſicorum,loquitur de receptio M
ne corporali & dimenſionata.In tertio vero de anima, loquitur de rece
ptione ſpirituali,& in tali non inconuenit ꝙ idem ſit mouens & motũ
recipiens & receptum,ſicut ſcribit Commentator.8.phyſi.commen/
to.40.in intellectu autem noſtro verificat per accidẽs,in alijs vero intel
lectibus,& præcipue in primo intellectu verificatur per ſe omnibus mo
dis,quorum cauſam requiras.xij.meta.commentis.39.&.51.de hac ta/
men propoſitione prolixe diſputaui in quæſtione de mouente & moto.
In cõ.32.quarti phy.dicit Commenta.habitum notiorem eſſe priua/ 3
tione,huius tamen oppoſitum dicit.8.phyſi.commẽ.xxvij.vbi habet ꝙ Cõmen.32.
in quibuſdam locis accidit deſcribere habitum per negationes priuatio
num in caſu quo priuatio eſt notior habitu. Reſpondetur quod priua N
tio quatenus priuatio eſt nunquã eſt notior habitu.Et ratio eſt in prom
ptu,quia ratio cognoſcendi eſt ab actu.9.metaphyſicæ.xx.habitus au/
tem habet rationem actus, & priuatio habet rationem potentiæ a qua
eſt occultatio.Et ideo priuationes habent cognoſci per ſuos habitus,
ſicut potentia per actum,& ſicut materia per formam, ſicut patet.3.de
anima.tex.cõ.xxv.& primo de anima.tex.cõ.85. vbi dicitur ꝙ rectum
eſt iudex ſui & obliqui. Sed tamen per accidens contingit cognoſcere
habitum per priuationem,& hoc vbi ad vnam formam ignotam deueni
re volumus per aliam formam notiorem diſperatam, tunc ſi volumus
cognoſcere illam ignotam quid ſit in ſe poterimus eam cognoſcere per
negationes formarum notiorum, apud nos, quæ priuationes non ſunt
notiores ratione ſui,ſed ratione ſui habitus in quo habent reduci,ſicut
contingit in cognitione noſtra de abſtractis ſubſtantijs ex cognitione
creaturarum,in qua ſecundum peritiores theologos potius attingimus
quid non ſint quam quid ſint,& iſtud voluit dicere Com.8.phyſi.quia
ibi reddit cauſam quare Ariſt.deſcripſit illud quod eſt per ſe per nega/
tionem accidentis,& inquit ꝙ hoc fecit quia illud quod eſt per accidẽs
eſt notius illo quod eſt per ſe.Et ideo accidet in quibuſdam locis de/
ſcribere habitum per negationes priuationum.Bene igitur diximus nos
ꝙ priuatio & negatio quatenus priuatio & negatio non ſunt notiores
habitibus & affirmationibus,ſed ratione alterius habit⁹ & affirmatio/
nis ad quas reduci habẽt,cõtingere põt priuationẽ notiorẽ eſſe habitu.
In cõ.64.36.&.42.dicit vacuum eſſe naturę conſimilis,oppoſitum 4
vero tenet in cõ.48.vbi habetur ꝙ vacuũ non eſt naturę cõſimilis neꝗ Cõmẽ.64.
diuerſę.Niſi eſſet ꝙ ſnĩa philoſophi eſt & Cõ.ꝙ ex pte rei vacuũ nõ eſt
naturæ

naturæ cōſimilis neq; diuerſæ. Cū nihil ſit, ſimilitudo aūt identitas & diuerſitas ſunt differētiæ entis.10.meta.tex.cō.12. ſed ſecūdū imaginationem antiquorū ponentium vacuum ſequebatur vacuum eſſe naturæ cōſimilis per totū,& ſic ad hominem probat ibi philoſophus q; ſuppoſito vacuo non poſſet ibi motus fieri, cum ſit naturæ conſimilis per totum, vnde ſecundum rem vacuū non eſt naturæ cōſimilis neq; diuerſæ, tñ ſecūdū imaginationē quę eſt res ſatis ampla naturæ cōſiſis eſſe videt.

5 In cō.71.quarti phy.dicit Cō.in motu elemēti formā mouere.Et materiā moueri.in.4.de cælo.d.formā elemēti eſſe vtrūq;.ſ.mouēs & motum. Solutio illud quod mouetur vt quod non eſt materia neq; forma, quia in proœmio meta.actiones ſunt ſuppoſitorū, materia enim non poteſt eſſe per ſe motum vt quod in motu elemēti, quia ſubiectū motus eſt ens in actu.5.phyſi.t.cō.8.nec forma quia forma vt forma habet mouere.2.de generatione.53. Et.3. phyſi.17.tum quia forma habet rationem partis, parti autem nō cōpetit ratio per ſe moti ſed toti quia totius eſt operatio.Illud igitur quod mouetur & quod mouet eſt totū elementū, tamen paſsiue mouet vt quo ratione materię, & mouetur vt quo actiue ratione formæ, bene verū eſt q; etiā cōcurrit mediū tanquā cauſa materialis extrinſeca neceſſario requiſita ſi motus elemēti debet perfici & exire in actū, quia in motu requiritur ſucceſsio,& ſucceſsio eſt merito reſiſtētiæ, reſiſtētia aūt nō eſt materia nuda. Tamē ſufficit q; elemētū & ſua forma ab intrinſeco habeat potentialitatē ratione materiæ, vnde ſi forma elemēti eſſet a materia ſeparata, nullo modo eſſet mota neq; per ſe neq; per accidēs, quia formæ ſeparatæ ſicut.d.Commen.nono meta. cō.2.ſunt tātū agētes,& nullo modo patiētes neq; eſſentialiter neq; accidentaliter. Et iſta eſt ſentētia philoſophi, primo de gñat.& corruptione.t.c.55.formis aūt in materia exiſtētibus cōpetit paſsibilitas ratione materiæ,& ideo per accidēs ſunt mobiles nō per ſe: qui eñ dixerit formas eſſe per ſe mobiles nō eſt dignus vt a naturali philoſopho impugnetur.5.phy.cō.5.Et ideo.4.cæli.cō.22. q; forma elemēti vt forma mouet, ſed vt in materia mouetur, quod intelligo per accidēs. In hoc vero 71.dicit materiā moueri vt quo tanquam principio per ſe potētialitatis ad motum, licet vt dixi non ſit adæquatum, dixit vero formam mouere tanquam principium formale per ſe principiādi motū. Cum actio ſit a forma. Sed contra obijciens, ex hac ſolutione ſequitur idē mouēs eſſe & motū, quia tu concedis formam elementi eſſe vtrūq;. Dicitur admittendo totum ad bonum intellectum, videlicet q; non inconuenit idē eſſe per ſe mouens, & tamen quod ſit per accidens motum, & maxime in his quæ non mouent neq; mouentur vt quod, ſed quod idem ſecūdū idem ſit mouens & motum.hoc bene facit a peripateticis negatum, nam vt ſcribit Com.in lib.deſtruc.deſtructionum, diſpu.prima, in ſolutione primi dubij, principatum ab omnibus conceſſum eſt, q; nihil ſeipſum permutare poteſt.

6 In cō.76.quarti phy.dicit Cō. corpus mathematicū nō abſtrahere a loco,& eādē ſentētiā habet ſupra in cō.47. Et primo de gñatione.cō.44.Sed huius oppoſitū inuenim⁹ tertio cæli.cō.55. Niſi eſſet q; corp⁹ mathematicū nō abſtrahit a loco indeterminato, tñ bñ abſtrahit a loco determinato. Nā ratio ꝑpter quā aliqd eſt in loco indeterminatio eſt q; ſit

ſit dimenſionatū, & quia corpus mathematicū quantum eſt, ideo vt ſic competit ſibi in loco eſſe, ſed ꝙ aliquid ſit in loco determinato. Verbi gratia, ſuperius vel inferius, hoc competit corpori quali nedum quanto & ſola naturalia corpora habentia grauitatem vel leuitatem, vel aliquid huiuſmodi ſunt in loco. Aut aliter corpus mathematicum non abſtrahit a loco ſecundum imaginationem. Tamen ſecundum rem abſtrahit, quia ſecundum rem omne corpus eſt naturale, quia corpus mathematicum in effectu non eſt ſeparatum a naturali, ſed ſunt eadem. 2. phyſi. 18. Et hoc voluit Cōmē. 4. phy. cō. 47. in fine, vbi dicit ꝙ corpus mathematicū nō eſt in loco niſi ſecundū imaginationē, & vl'r oēs ꝓpoſitiones mathematicę ſunt veræ ad imaginationē. 3. phy. cō. 60. & . 1. cę. com. 72.

In cō. 84. dicit Auerrois ꝙ rarū & denſum ſunt contraria in quantitate. Huius tamē oppoſitū dicit in cōmē. ſequēti. vbi habetur ꝙ raritas & dēſitas nō ſunt de eſſentia quātitatis. Et. 7. phy. com. 15. dicit ꝙ ſunt qualitates. In primo aūt meta. cō. 15. dicit ꝙ ſunt de prædicamēto ſitus. in. 8. phy. cō. 77. d. ꝙ denſari & rareſieri ſunt mot⁹ locales, qualiter ergo eſt tāta diuerſitas in dictis eius? Soluitur: raritas & dēſitas ſunt de prędicamēto ſitus, verū eſt ſecūdū opinionē antiquorū, ſic gloſſat Commētator primo meta. cō. 15. Et ſic pōt etiā gloſſari auctoritas philoſophi in prædicamēto qualitatis dū dixit raritatē & dēſitatē nō eſſe qualitates ſed de prædicamēto ſitus. nam Philoſophus in prædicamētis vt in plurib⁹ loquiẗ ſecūdū famoſitatē, ſicut colligitur de intētione Cōmē. 5. meta. cō. 18. Et iſta etiā eſt gloſſa Cōmē. 7. phy. com. xv. vbi dicit ꝙ raritas & denſitas ſunt rerū qualitates cōſequētes calidū & frigidum & ſubdit. Antiqui vero dicebant ꝙ denſitas eſt cōſtrictio pororū, & raritas expāſio, & per cōſequēs ſecūdum antiquos ſequiẗ ꝙ ſint de prædicamento ſitus & cōtra iſtos antiquos loquitur philoſophus & Cōmē. primo meta. tex. cō. xv. ſicut patet intuēti. Dimitto hic reſponſionem Burlei & iuniorū quæ nulla eſt & inſtātias habet multas. Raritas tñ & denſitas formaliter ſunt quales, & tales vt ſunt in gñabilib⁹ & corruptibilibus inſequunẗ calidū & frigidū, qđ dico propter raritatē & dēſitatē corporū cæleſtiū quæ eſt alterius rationis ab iſtis, qa ibi nō cōſequunẗ calidū neqꝫ frigidū ſicut patet ſecūdo cap. de ſubſtātia orbis. Et ſic intelligiẗ dictū Cōmē. 7. phy. xv. vñ motus rarefactionis & cōdēſationis ſunt in prædicamēto qualitatis qa ſui termini ſunt formal'r qualitates vñ philoſophus in ſecūdo de partib⁹ animaliū. ca. j. inter qualitates elemētorū enumerat etiā raritatē & denſitatē, quātūcūqꝫ nō enumerauerit eas in ſecūdo de gñatione, vel qa reducunẗ ad grauitatē & leuitatē, vel qa reducunẗ ad mollicię & duriciem, vt dixit Alexāder. vel ideo tacuit, qa vt dicit Commē. ibi in cō. xv. raritas & dēſitas nō ſunt qualitates actiuæ ſed conſequunẗ calorē & frigus, & eſt ſentētia philoſophi in. 2. de gñatiōe. tex. c. 17. ſicut bñ notat ibi Io. grāmaticus, qñ vero. d. Cōmē. in. cō. 84. ꝙ raritas & dēſitas ſunt cōtraria in quātitate, hoc intelligiẗ nō formaliter ſed cōſecutiue. vñ ipſemet ipſum declarat ibi. inqt em̄ raritas & dēſitas ſunt cōtraria in quātitate, & ſubdit cauſam dicēs cū trāſlatio corporis de raritate in dēſitatē eſt trāſlatio de maiori quātitate in minorē. Et hoc idē habet ipſe. 8. phy. in cō. 31. Et ꝓpter hoc ipſe in com. 85. quarti ph. dixit raritatē & dēſitatē nō eſſe de eſſentia quātitatis, qa videbat ꝙ

Cōmē. 84.
7
P
Q

non erant quantitates formaliter ſed conſecutiue. Quando vero dixit. 8.
phy. cõ. 77. ꝙ denſari & rarefieri ſunt motus locales. Dicitur quod ibi
loquitur ad hominẽ, quia ibi. d. quod antiqui dicebant generationem et
corruptionẽ fieri per cõgregationẽ & ſegregationem, & fuerunt illi qui
dixerunt res generari ex raro & denſo, & illi ponebant quod rarefieri &
condenſari ſunt motus locales, & tales collocabant raritatem & denſi-
tatem in genere cõgregationis & ſegregationis & ſeparationis, ſicut ibi
Cõmẽtator expreſſe habet. Põt etiã dici ſecũdũ ỽitatẽ qđ mot⁹ locales
cõſequunť ad motũ rarefactionis & condẽſationis ſicut patet intuenti.

Com. 84. In eodẽ cõmento. 84. dicit Cõmẽtator quod quãtitas nõ ſit a quãti-
8 tate ſicut caliditas a caliditate. Huius tñ videtur dicere oppoſitũ primo
de genera. cõ. 30. vbi habet quod faciẽs partes magnitudinis eſt magnitu
do. Solutionẽ huius quare ſuperius in tertio ph. cõtradictione ſecunda
ſuper com. 17.

Com. 97. In cõ. 97. quarti phy. dicit Cõmen. quod motus põt imaginari extra
9 tẽpus. Huius tamẽ oppoſitũ inuenitur in dictis ſuis. 12. meta. cõ. 29. vbi
R habet quod ſine tẽpore impoſsibile eſt imaginari motũ. Reſpõdetur qđ
Cõmen. hic loquitur de abſtractione quæ fit in prima operatione intel-
lectus in qua poteſt conſiderari prius nõ cõſiderato poſteriori. Nam ſi-
cut ſcribit Cõmen. 12. meta. cõ. 29. intellectus natus eſt diuidere ea quæ
ſunt adunata in eſſe, licet in re ipſa non ſint diuiſa. Et ita cũ tẽpus nõ ſit
de quiditate motus, intellectus poteſt abſtrahere motũ a tempore. Et ex
hoc patet contra vulgares ſucceſsionem non eſſe de intrinſeca ratione
motus, ſed eſt de cõſequẽtibus ipſum. Sed. 12. met. cõ. 29. loquiť de ab-
ſtractione quæ fit in ſecũda operatione intellectus, & ſic nõ põt imagina
ri mot⁹ ſine tẽpore, quia imaginãdo hoc, talis imaginatio mẽdax eſt, pri
ma aũt minime, quia. 2. phy. tex. c. 18. abſtrahentiũ non eſt mendacium.

Com. 99. Videtur dicere Cõmen. in cõ. 99. quod motus ſit quiditatiue quanti
tatis, huius tamẽ oppoſitũ dicit philoſophus & ipſe in. 5. meta. com. 18.
& textu. Burleus & moderni diſtinguũt de triplici cõſideratione mot⁹:
dicũt eñ motũ poſſe ſumi primo vt non differt a termino ad quem, niſi
ſicut imperfectum a perfecto, et ſic eſt de gñe termini ad quẽ. Alio modo
primo fluxu cõtinuo quo mobile tendit ad ſuã pfectionem. Et ſic eſt de
prædicamento paſsionis. Tertio modo poteſt capi pro illa ſucceſsione
vel duratione tranſmutationis continuæ, & ſic eſt in prædicamẽto quã-
titatis per ſe. Et ſic dicit philoſophum conſideraſſe motum in. 5. meta.
qñ dixit motũ eſſe quantitatẽ. Mirũ eſt quomodo iſte vir ita manifeſte
peccat in ponendo propriã quãtitatẽ motui, & in dicendo de intentio-
ne philoſophi motũ eſſe per ſe quãtitatẽ. Immo philoſoph⁹ expreſſe. 5.
meta. cap. de quãto. & eſt textus cõmẽ. 18. enumerat motũ & tẽpus in-
S ter quanta per accidens. Et dicit, alia vt motus & tẽpus. Etẽm huiuſmo
di quãta quædã dicuntur & cõtinua, eo quod illa diuiſibilia ſunt quo-
rũ ſunt hæ paſsiones. Et Cõmen. in cõ. dicit quod tẽpus & motus ſunt
quãtitates eo quod ſunt accidẽtia cõſequẽtia eſſentialiter illa quæ ſunt
quãtitates per ſuã ſubſtãtiã. ſ. magnitudinẽ quæ diuidiť eſſentialiter &
primo. Dicamus ergo ad cõtradictionẽ qđ Cõ. nõ dixit in. 99. cõ. mo-
tũ quiditatiue eſſe quãtitatẽ, ſed ſolũ per accidẽs. vñ ſi põderẽtur verba
ſua ibi reddit cauſam cõtinuationis in motu, & dicit qđ eſt quãtitas per

quam

quam eſt motus:noluit dicere qđ motus eſt cōtinuus:qa motus ſit quā-
titas ſicut imaginatur contradicens.ſed voluit motū habere continuatio
nem a quantitate.i.a magnitudine ſuper qua ſit motus.
In cōmento.117.d.motū abijcere a ſubſtantia.Oppoſitū infra in eodē Com.117.
quarto cōmē.128.&.8.phy.56.Soluitur.dictum ſuum fallit in motu lo- 10
cali per ſe:verificatur tamen per accidens.
Commentator in cōmento.132.quarti phyſi.dicit tempus non menſu Com.132.
rare motum cæli vt numerus:ſed bene ad alios motus ſe habet vt nume- T
rus.Huius tamen oppoſitum.d.in cōmen.133.Soluitur:quod dictum ſuū
intelligitur cum præciſione:quia ad motum cæli tempus habet duplicē
habitudinem & paſsionis per ſe cōſequētis ſubiectum.Et habitudinem
numeri & menſuræ.ſed ad alios motus comparatur ſolum in ratione nu-
meri.Et ſic ſedatur controuerſia.

Concordantiæ Auerrois ſuper.5.phyſi.

In commento 8.5.phyſi.dicit Cōmen.ꝙ materia nō eſt in lo Cōmē.8.
co.oppoſitum apparet primo de generatione. 1
cōmento.27.vbi dicitur quod illud ex quo aliquid generatur neceſſe eſt
vt ſit in loco.Soluitur:materiam non eſſe in loco per ſe:ſed per accidens
ratione videlicet.totius generati:cuiꝰ ipſa eſt pars:quod quidē per ſe eſt
in loco.Et philoſophus deſtruit hic materiam non eſſe in loco vt eſt ſe-
parata a phyſicis corporibus:vt imaginabantur antiqui.tamen vt eſt in A
phyſicis corporibus ſic eſt in loco per accidēs:quia locatur ad locatio-
nem illius cui per ſe debetur locus. Eſſet tñ hic locus dubitationis in
via commenta.An materia ſit in loco non ratione totius,ſed ratione ſui
vel ratione alicuius cōſequētis ad ipſam.Et videtur quod ſic.nam ſtan
tibus quantitatibus interminatis coæternis ipſi materiæ videtur qđ ſibi
debetur locus.Nam videť qđ ratio locandi abſolute ſumatur a quantita
te iuxta illud philoſophi.4.phy.textu cōmen.76.Si corpus cubum ſe-
paratū a qualitatibus ſenſibilibus ponatur in aqua:tantū cedit ſibi aqua
quanta eſt ſua dimenſio.Ad hoc diceretur ꝙ materia a quātitatibus inter
minatis conſiderata vt abſtrahit ab omni forma ſubſtantiali:& ab omni
qualitate ſenſibili:vt ſic non eſt ens niſi in aīa ſecundum viam Auerrois
12.meta.cō.14.Et ita etiam diceretur eſſe in loco ſecundū imaginatio-
nem.Aut diceretur eſſe in loco indeterminate:ſed ꝙ ſit in aliquo loco de
terminato requiritur quantitas terminata & forma:ad quā conſequitur
talis quantitas.Et ſic dicimus ſubiectum generationis non occupare lo-
cum determinatum:& ſi illud ſit materia quanta.Soluitur igitur contra
dictio qđ Cōmen.non dixit qđ illud ex quo aliquid generatur ſit in lo-
co per ſe:ſed dixit qđ hoc eſt aut per ſe aut per accidēs;ſicut dicimus de
materia.ecce qđ vult materiam eſſe in loco per accidens:ſed quādo di-
xit.5.phyſi.cō.8.ꝙ materia non eſt in loco:intellexit eam non eſſe in lo
co per ſe.Et iſta non contradicunt.Aut aliter.nō eſt in loco determina-
to:eſt bene in loco indeterminato.Sed prima ſolutio eſt magis ad mētē
philoſophi & Cōmētatoris primo de gña.t.cō.27.ſicut videre poteris.
In cō.9.5.phyſi.dicit Cōmen.quod cōtrarietas quæ eſt in loco latet. Cōmē.9.
& eandem ſententiā habet.8.phyſi.com.16.Huius tñ oppoſitum videť 2
dicere.8.meta.cō.4.Et.10.meta.cō.13.vbi habet qđ cōtrarietas in rei
veritate primo inueniť in eis quæ ſunt in loco:ideo accepta eſt i diffinitiōe

 cōtra-

contrariorum diſtantia:cum dicitur:contraria ſunt quæ ſub eodem gene
re poſita maxime diſtant. Reſpondetur vt dicit Commen. 4. cæli. cõmẽ.
38. quod contrarietas quæ eſt in forma & qualitate & in loco dicit̃ æqui
uoce:quia contraria in qualitate & in alijs prædicamentis ſunt ſolũ duo
in forma. Et ſunt vnum in ſubiecto:ſed contraria in loco ſunt contraria
tam ſecundum ſubiectum quã ſecundum formã. Et quia de ratione con-
trariorum eſt diſtantia:& quia plus diſtant illa quæ ſunt duo in forma.
& duo in ſubiecto. quã illa quæ ſunt duo in forma & vnũ ſubiecto:ideo
contrarietas ex natura rei primo competit cõtrarijs in loco quã alijs cõ-
trarijs. Accedit ad hoc vt dicit etiam Commen. 10. met. com. 13. diſtan-
tia in loco eſt maxima. ſ. centri ad circũferentiã. & iſta diſtantia eſt cauſa
in contrarietate ſubſtãtiarũ corporũ propriorũ iſtis locis. ideo cõtrarie-
tas primo reperitur ex materia rei in loco quã in alijs contrarijs aliorum
prædicamentorũ. Et hoc etiã aſſeruit Commen. 4. phy. com. 5. dũ. d. qđ
corpora cõtraria ſecundũ naturã mouentur ad loca contraria ſecundum
naturã:quia loca nõ ſolũ ſunt extrema vnius lineæ rectæ longiſsimæ:ſed
& cũ hoc ſunt contraria ſecundũ potentiã:res enim quarum ſubſtantiæ
ſunt ſimiles contrarijs habẽt ſubſtãtias contrarias aliquo modo:ecce qđ
vult contrarietatem in loco eſſe cauſam contrarietatis in ſubſtãtia & in
qualitate:eo modo quo in ſubſtantijs conuenitur ſubſtantiã ſubſtantiæ
contrariam eſſe. Et licet ita ſit qđ contrarietas primo reperiatur in lo-
co:tñ nõ eſt notũ qđ oẽ qđ localiter mouet̃ cõtrarietatẽ talẽ habeat:&
ſic dixit cõmẽtator in hoc quinto cõ. 19. & 8. phy. 16. & 6. phy. cõmen
to. 92. qđ cõtrarietas quæ eſt in loco latet nõ quia illa lateat qđ ſit cõ-
trarietas:immo eſt primo & cauſa aliarũ : & ponit in diuiſione aliorum
tanꝙ notior ſed latet penes hoc quod non eſt notũ ꝑ ſe eã ineſſe cuilibet
mobili qđ mouetur motu locali. Et ſic nulla eſt contractio ſicut vides:
ſed cõtra determinationẽ iſtã dubitauit ſubtiliter magnificẽtia tua:quia
tunc non eſſet vera contrariorum deſcriptio dicens. contraria ſunt quæ
habẽt fieri circa idẽ ſubiectũ nõ ſimul, ſed ſucceſsiue:modo ſi contraria
in loco ſunt duo in ſubiecto & duo in forma:nũquam igit̃ aliquo modo
circa idẽ ſubiectũ habẽt fieri nec ſimul nec ſucceſsiue. Et ad hoc dixit ꝙ
argumentũ tuũ demonſtrat:nam locus ſuperior vniuerſi nunquã fiet infe
rior. & dixi deſcriptionem illam verificari de cõtrarijs in qualitate non
de cõtrarijs in loco:& dixi cum Auerro. commẽ. 18. quarti de cælo. cõ-
trarietatem nõ dici vniuoce ſed æquiuoce vel analogice de his & de il-
lis:aut aliter aliquid conuenit alicui ratione generis:qđ tamen repugnat
Com. 19. eidem ratione ſpeciei ſicut patet. 6. phy. com. xv. Et. 7. phyſi. commẽ. 2.

3 In cõmento. xix. quinti phyſi. commentator dicit quod non fit minus
niſi per admixtionem contrarij. Oppoſitum ſecundo cæli. commento
xv. Soluitur. in habentibus contrarium ſecundum viam commentatoris
remiſsio per admixtionem contrarij fit:& per oppoſitum intenſio per re
motionem a contrario iuxta illud philoſophi, illud eſt albius quod eſt
nigro impermixtius:in carentibus vero cõtrario ſicut eſt lumen & alia
huiuſmodi non eſt ſic. Et ideo commentator in commento. xv. ſecundi
de cælo iam allegato inquit. & non ſequitur vt remiſsio ſit ſemper ex
Com. 21. mixtione contrarij:ſicut dixit Alexander in multis locis.

4 In cõmẽto. 21. quinti phyſi. dicit generationẽ nõ eſſe motũ:quia forma
eſt

eſt indiuiſibilis:ſed oppoſitū videtur ſentire de formis elementorū tertio
cęli cōmento.67.vbi tenet quod intenduntur & remittuntur.Soluitur,
de ratione motus duæ conditiones requiruntur.vna quod ſubiectum ſit
ens in actu:alia qđ forma ſit diuiſibilis.vnde.5.phyſi. probatur ad rela B
tionem non eſſe motū.& etiam.7.phy.de prima ſpecie qualitatis.Et Cō
mētator.6.phyſi.cōmē.85.probat ꝙ ad ſitum nō eſt motus:quia eſt rela
tio:& relatio conſiſtit in indiuiſibili.Requiritur etiam quod ſubiectū m
ſit in actu.5.phyſi.t.com.8.Et propter hoc in formis eductis de potētia
materię quædam ſunt perfectę nō intenſibiles neqꝫ remiſſibiles:ſicut ſunt
formæ mixtorum:& de iſtis maxime verificatur dictum commentatoris
quod generatio taliū non eſt motus:quia tales ſunt indiuiſibiles.i.nō ſuc
ceſſiue acquiſibiles : ſed per minima acquirantur. Formæ autem ele/
mentorum ſunt mediæ inter ſubſtātiam & accidens ſecundum commen
torem tertio cæli.commen.67.& tales partibiliter acquiruntur & ſuc/
ceſſiue.tamen earum generatio non eſt motus:quia ſubiectum nō eſt ens
in actu.vide quæ ſcripſi primo phyſi.commento.62. Com.22.

In commento.22.quarti phyſico.dicit Commentator qđ vltima non 5
ſunt in loco niſi per accidens non eſſentialiter.ſed hui⁹ oppoſitum ipſe
ſcribit primo de generatione.commento,29.vbi habet quod lineæ ſu/
perficies & puncta non ſunt in loco;neqꝫ ſecundū ſe:neqꝫ ſecundū acci/
dens.Soluitur,aliquid moueri per accidens conuenit dupliciter.pure &
non pure.Appello illud moueri per accideus pure:quod præciſe moue/
tur ad motum alterius & nullo modo poteſt per ſe moueri. Et iſto mo/
do intelligitur dictum Commentatoris hic in commento.xxij. quando
di.quod vltima mouentur per accidens ſcilicet pure quia præciſe mouē
tur ad motū illius cuius ſunt vltima.Alio modo aliquid dicitur nō pure
per accidēs moueri.Et eſt illud qđ mouetur ad motum alterius : qđ tñ
ſi ſeparatū fuerit ab eo ad cuius motū dicitur moueri poterit per ſe mo/
ueri:ſicut motus partis ad motū totius:quia pars ſeparata a toto poteſt ꝑ
ſe moueri:ſicut patet.4.phy.cō.32.Et quinto phy.cō.primo. Et primo C
de anima.cō.37.Et propter hoc dixit Cōmentator.6.phy.cō.86.quod
motus partis in toto non eſt motus pure per accidens. Formaliter igitur
ſoluētes dicamus qđ quinto phy.cō.32.loquitur de accidēte puro . pri/
mo de genera.29.loquitur de accidente nō puro.Aut aliter ſolui poteſt
qđ Cōmētator primo de genera. loquiť ex ſentētia Platonis. cōtra quē
arguit ibi philoſoph⁹ Plato.eñ poſuit mathematica eſſe ſubiecta corpo
rū naturaliū.& quia ipſe poſuit talia nedū ſecundū intellectū: verūetiam
ſecundū eſſe ſeparata a ſenſibilibus videtur ſequi:ergo talia nullo modo
in loco eſſe neqꝫ per ſe neqꝫ per accidēs realiter loquendo in quinto aūt
phyſi.loquitur ſecundū ſententiam Ariſto.&.d. quod talia ſunt in loco
per accidēs:quia locanť ad locationē ſui ſubiecti quod eſt per ſe in loco.

Et iſta ſolutio non eſt remota a veritate ſecundū rem ipſam : tñ ſicut
d.Commentator primo de anima, comento.26.vniuerſaliter hodie non
poſſumus intelligere opiniones antiquorū:quia nō ſunt notæ apud nos.

In cōmento.34.quinti phy.dicit Cōmētator tēpus cōſtituere motū. Cōmē.34.
Huius tñ oppoſitū habeť ſupra in hoc quinto cōmen.2.vbi enumerans 6
ea quæ conſtituunt eſſentiā motus nō enumerat tēpus.Reſpōdeť ꝙ refert
cōſiderare motū in ſua quiditate:& refert cōſiderare ipſum quo ad ſuam

vnitatem conſequentem ipſum. Et tunc dicimus ꝙ motus conſideratus quiditatiue conſtituitur in ſui diuiſione ex tribus: & talia ſunt ſubiectũ terminus ad quẽ & terminus a quo. vnde commentator ſic conſiderauit
D motum. Et philoſophus quinto phy. t. cõ. 3. nam ipſe dicit ibi. ꝙ ſubſtãtia motus conſtituitur ex iſtis tribus cauſis exiſtentibus in eo nõ extrinſecis: & ideo non numerauit motorem aut tempus vt ipſe habet ibi. ſed conſideratio motus quo ad ſui vnitatẽ numeralem bene concernit vnitatem temporis & motoris. Et ſic cõſideraſ mot⁹ ab Auer. & ab Ariſt. quinto phyſi. 34. quando dixit ꝙ ad vnitatẽ numeralẽ motus requiritur vnitas tẽporis: & ſic etiam conſiderauit motum in. 8. phy. t. com. 82. vbi dixit motum proiectorum non eſſe continuum ſed videri cõtinuum. Et reddens cauſam dixit. nõ enim vnum eſt mouens: vbi expreſſe patet motoris vnitatem requiri ad continuitatem & vnitatem motus. quæ tamen non ſunt de quiditate motus ſicut patet conſideranti.

Cõmen. 35. 7 In. 35. cõmẽ. quinti phyſi. ad vnitatẽ numeralẽ motus dicit tria requiri: & hæc ſunt vnitas ſubiecti: vnitas mobilis: & vnitas termini ad quẽ. Sed huius oppoſitũ videtur. 8. phyſi. t. c. 82. vbi habetur ꝙ vltra hæc requiritur vnitas motoris. Ad hoc diciſ ꝙ Ariſt. nõ poſuit hic vnitatẽ motoris requiri ad vnitatẽ tẽporis: quia nondũ declaratũ eſt vtrũ omne motum ab alio ſit motũ. Et ideo tacuit illud differens illud vſq; ad octauũ phyſi. vtrum autem in aliquo caſu poſſit eſſe vnus motus a plurib⁹ motoribus pertinet ad octauum phyſi. ſed pro nunc dimittatur.

Cõmẽ. 36. 8 In eodem commen. 35. & cõmento ſequenti eſt etiã cõtradictio: quia hic. d. tria illa requiri ad vnitatẽ motus, ſcilicet tẽpus ſubiectũ & terminus. Sed commen. ſequenti ſolum ſubiectum & terminum requiri dicit: niſi eſſet ꝙ vnitas motus magis intime dependet ab vnitate ſubiecti: cũ ſubiectũ motus ponatur in ſua diffinitione: & etiam terminus ad quẽ: ꝙ eſt de ſubſtãtia mot⁹: q̃a ab ipſo ſumit ſpeciẽ: cũ nõ differat ab ipſo niſi ſicut imperfectum a perfecto. 3. phyſi. cõmen. 4. Motus autem a tẽpore dependet tanq̃ ab aliquo extrinſeco: & non quiditatur per ipſum, id eſt tẽpus nõ eſt de quiditate eius: ſicut dicit commentator hic & cõmento. 35. ꝙ accidit naturæ motus ꝙ ſit in tempore non ꝙ motus quiditetur per tẽpus, id eſt quiditatiue cõſtituatur per tẽpus. & ideo tacuit cõmentator in cõmento ſequenti tẽpus: quia ſolũ conſiderauit motum quo ad prædicata quæ conſtituunt ipſum quiditatiue. licet autem ſubiectũ non ſit de quiditate accidentis: ſufficit tamẽ ꝙ ſit delatiuum quiditatis eius.

Cõmen. 37. 9 In commento. 37. quinti. d. omnẽ motũ continuũ eſſe. Huius tamen oppoſitũ dicit. 3. phyſi. cõmento. 6. Et. 5. phyſi. cõmento. 23. vbi habet motum augmentationis non eſſe continuum. Soluitur. motum ſub ratione qua motus non repugnare ſibi continuitatem ſicut talpæ inquantum animal non repugnat viſio: tamen motui applicato ad materiam aliquam ſenſibilem determinatam ſtat continuitatem ſibi repugnare: ſicut eſt in caſu de motu augmenti: qui non poteſt eſſe continuus ſicut probat commentator in locis allegatis: nihil autem prohibet vnum & idẽ
E prędicatũ vni & eidẽ rei nõ repugnare ſub ratiõe cõmuni: & ſub ratiõe generis: quod tñ repugnabit illi ſub ratiõe ſpeciali. ſicut talpæ vt talpa nõ põt videre: ſed vt animal nõ ſibi repugnat. Ariſt. aũt in hoc. 3. phyſi. & in. 5. conſiderat motũ in cõmuni nõ applicãdo ipſum ad aliqua mobilia

bilia determinata. Et ideo omnia quæ verificantur de motu in iſtis lo/cis verificantur ſecundum eius communitatem: quæ tamen cõmunitas non repugnat rationibus ſpecialibus aliorũ motuũ: vide pro hac ſolutio ne in ſimili Auerroim copioſe. 6. phyſi. cõmento. 15. vide. 7. phyſi. com/mento. 2. in ſimili de cælo inquantum cælum & inquantum corpus.

In commento. 47. quinti phyſi. dicit Auer. terminum a quo non eſſe de ſubſtantia motus: ſed eſſe accidens motui. Sed nos oppoſitum inueni mus in dictis eius ſupra: in commen. 3. huius quinti. Soluitur: terminus a quo dupliciter poteſt comparari motui; vno modo abſolute. Et ſic eſt de quiditate motus cum ponatur in eius diffinitione. Motus enim fit de affirmato in affirmatum. Alio modo reſpectiue: videlicet in comparatio/ne ad terminum ad quem. Et ſic terminus a quo eſt accidens reſpectu motus in reſpectu termini ad quem motus enim cum termino ad quem idemptificantur & reponuntur in ſpecie: non; autem per terminũ a quo: terminus enim a quo abijcitur: ſumitur igitur hic accidens prout omne illud quod nõ eſt æque intimum ſicut aliud & quia terminus a quo non eſt æque intimus motui ſicut terminus ad quem: ideo nomen accidentis accepit: & hoc eſt mente commentatoris infra in commen. 49. vbi dicit quod licet contrarietas in motibus ſit tam ex termino a quo quam ex termino ad quem. Magis tamen motus ſunt contrarij ex termino ad quem quam ex termino a quo. Cõmẽ. 47 10

Concordantiæ Auerrois ſuper ſexto phyſico.

In commento 16. dicit Cõmentator quod exẽpla quæ addu cuntur in literis adducuntur vt ſermo ſit ma/nifeſtior. Huius tamen oppoſitũ ipſe ſcribit. 4. phyſi. commẽ. 71. Solui tur: quod exẽplificatio in literis ad duo poteſt cõparari: valet ad materiã ſubiectã de qua eſt ſermo. Et ſic talis dicitur eſſe manifeſtatiua ſermonis & iſto modo vtitur Philoſophus plerũq; in loco priorũ, & in loco po/ſte. Alio modo poteſt comparari ad exempla cõſimilia in materia deter/minata: & ſic eſt minus manifeſta, & quando ſecunda ſequitur primam ſic ſermo redditur manifeſtior. Et iſto ſecũdo modo loquebatur Cõmẽ tator. 4. phyſi. cõmẽ. 71. inquit enim & cũ dedit exemplũ de literis; dedit exemplum de materijs vt demonſtratio ſit manifeſtior. Primo autem mo do loquemur hic quia di. ꝙ Ari. adduxit exẽplũ in literis vt; ſermo eius ſit manifeſtus quãdo em̃ caſus ponitur in terminis redditur vtiq; clarior. Cõmẽ. 16.

In cõmen. 41. dicit inter non ens & ens nihil mediare. Huius tamen oppoſitũ habet primo phyſi. cõmẽ. 28. Et. 12. meta. cõmẽ. 11. Et. 5. phy. cõmen. 8. de materia. Soluitur. 12. meta. cõmẽto. 11. Non ens ſumitur tri pliciter: primo pro illo quod non habet eſſe nec imaginationẽ. Et iſtud eſt vere nihil, & ſolum iſtud: vnde illud: quod nõ habet; eſſe nec imagi/nationem eſt illud quod implicat contradictionem: & tale eſt vere nihil: nam tale non poteſt facere vnum per ſe cõceptũ nec ſicut obiectũ cũ ob iecto nec ſicut modus cũ obiecto. Sicut dicit ſubtilis doctor in ſecunda quæſtio. quolibetorum. Et Commẽta. 4. metheo. comment. 9. qui dicit aliquod intelligibile ponit hoc fundamentũ quod oppoſita nõ cõgregã tur inſimul. Alio modo ſumitur pro priuatione exiſtente in prima mate/ria. Tertio modo ſumitur pro illo quod nõ eſt in actu. Tunc dicitur qđ inter non ens primo modo & ens, nihil cadit medium: quia talia con/ Cõmẽ. 40 F

 tradictorie

tradictorie opponuntur quorũ non eſt medium ſecundũ ſe inuenire: primo poſte. Et. 10. meta. tex. commen. 23. & ſic loquitur Commen. in hoc commẽ. 41. huius ſexti. Sed inter non ens primo modo ſcilicet inter nõ ens ſimpliciter & ens in actu eſt bene dare mediũ: & iſtud eſt ens in potentia: talia autem non opponuntur contradictoriæ: vnde ens in potentia non eſt vere nihil neq̃ eſt ens ſicut philoſophus: ſed mediat inter vtrũq̧: & ſic loquitur Commentator in alijs locis allegatis.

Cõmẽ. 41. In eodẽ cõmen. 41. habet Cõmẽtator qđ trãſmutatio in ſubſtãtia eſt
3 principaliter trãſmutatio. Huius tamẽ oppoſitũ dixit in hoc ſexto commen. 32. vbi dixit trãſmutationẽ in ſubſtãtia nõ eſſe transmutationem: ſed finẽ tranſmutationis. Sicut vniuerſaliter eſt de qualibet trãſmutatione indiuiſibili: ſicut habet etiã ipſe. 4. phyſi. cõ. 129. vbi habet trãſmutationẽ dici æquiuoce de trãſmutatione per ſe: & de trãſmutatione & quæ non eſt per ſe: ſed eſt finis trãſmutationis. Et cõſimilem ſententiã habet
G ipſe. 6. phyſi. in commen. 45. Soluitur: trãſmutatio in ſubſtantia dicitur ſimpliciter & principaliter tranſmutatio terminatiue: quia terminatur ad illud quod eſt ſimpliciter: & principaliter ens. 7. meta. text. cõ. 4. ſubſtãtia præcedit accidens. Et ſic dixit Philoſophus primo de genera. text. cõmen. 11. Et. 5. phyſi. tex. commẽ. 7. generatio ſubſtãtiæ eſt ſimpliciter trãſmutatio: accidentiũ vero nõ eſt ſimpliciter trãſmutatio: ſed eſt aliqua tranſmutatio: & quædam cuiuſdam. Tamen in ratione motus formaliter ſumpti tranſmutatio in ſubſtãtia non dicitur principaliter trãſmutatio: ſed eſt finis tranſmutationis: nec eſt motus ſed ſequitur motum. Et ſic auctoritates contrariæ procedunt vijs ſuis.

Cõmẽ. 59. In cõmen. 59. ſexti phyſi. ſcribit Cõmẽtator accidẽtia carnis induci
4 in materia ante formã ſubſtantialẽ carnis. Huius tamen oppoſitũ habet primo ca. de ſubſtãtia orbis: vbi dicit qđ accidẽtia cõſequẽtia formã ſequũtur formã. Accidit ad hoc qđ ſubiectũ accidẽtiũ eſt ens in actu: ſcđo de anima cõ. 4. Et alibi frequẽter. Soluit accidẽtia ſunt in duplici differentia quædã in fieri talia ab Auerroiſtis interminata dici conſueuerunt. Et quædã ſunt in facto eſſe: & talia dicta ſunt terminata. Tunc dicimus accidẽtia in fieri præcedere formã in materia: ſed terminata ſunt poſt formã poſterioritate naturæ nõ tẽporis: vt ſcribit ipſe primo cap. de ſubſtãtia orbis. Replica. primo de generatione & corruptione: generatio eſt
H trãſmutatio totius in totũ nullo ſenſibili remanente: ergo videtur quod omnia accidẽtia fundentur in cõpoſito: & per cõſequẽs nõ eſt dare accidẽtia præcedẽtia formã in materia. Soluitur ibidẽ: dicitur nullo ſenſibili remanẽte vt ſubiecto: vnde accidẽtia interminata: licet præcedant formã in materia ſecundũ Auer. propter hoc tamẽ nõ dicimus ea cõuenire in ratione ſubiecti: ſed ſunt diſpoſitiones ſubiecti qđ eſt materia. Et hoc aduertẽs Cõmẽtator dixit ſecũdo de anima cõ. 4. ſubiectũ formæ ſubſtãtialis ſecundũ qđ eſt ſubiectũ: eſt ens in pura potentia: dans intelligere nullam aliã rem habere rationẽ ſubiectiuam præter ipſam materiam.

Replicat tunc ergo accidẽs remanebit corrupto ſubiecto & migrabit de ſubiecto in ſubiectũ. Soluitur: licet proximũ ſubiectum alterationis ſit cõpoſitũ: radicale autem eſt ipſa materia quæ eſt pars eſſentialis cõpoſiti: nõ enim oportet vt inquit Cõmẽtator primo de generatione cõ. primo qđ ſubiectũ trãſmutationis ſubſtãtialis ſit aliud a ſubiectis aliarum

transmu

tráſmutationū: alioquin ſublato tali ſubiecto remanere poſſent ſubiecta
aliarū tráſmutationū ꝙ eſt merū impoſsibile:& ſic nō eſt ibi tráſitus de
ſubiecto in ſubiectū:quia manet ſubiectū radicale taliū accidētiū in aduē
tu formę quę inducitur ſicut manebat in corruptiōe formę præexiſtētis.
In cōmen.36.ſexti huius dicit Philoſophus & Cōmentator qđ indi Cōmē. 86.
uiſibile mouetur per accidens.Inſtātia eſt de polis ipſius orbis qui omni 5
bus modis ſunt immobiles:ſicut patet.2.cæli.cō. 14. Soluitur: ibidē
dicitur qđ quies polorum eſt quies metaphorica & non eſt vera quies.
Sed iſta propoſitio in qua cōmuniter dici ſolet polos orbis immobi/
les eſſe omnibus modis:verificatur ad imaginationē mathematicorū ab/
ſtrahentiū a motu:propoſitiones enim ipſorum fere omnes ſunt vere ad
imaginationē.3.phy.cō.60.Naturaliter tamē loquēdo ipſi poli ſiue ſint
aliquid diuiſibile ſiue indiuiſibile mouentur per accidens ad motū or/
bis in quo ſunt formaliter.Et ex hoc patet quod illi qui tenent intelligē
tiā eſſe formā cæli:non recte reſpōdit ad argumentū:per quod probatur
quod tūc ipſa moueretur per accidens:quia omne quod formaliter eſt in
re mota ſicut forma in formans:vel ſicut pars in toto:vel ſicut terminus
in terminato mouetur ad motum rei motæ per accidens. Quidā ſolēnis I
doctor voluit mihi ſoluere iſtud argumentum dando inſtātiam de polis
mundi qui formaliter inexiſtunt orbi: & tamen non ſunt mobiles ali/
quo pacto neq; per ſe neq; per accidens:ſed ego replicaui per autorita/
tem allegatā Auer.in commento allegato ſecundi de cælo,& in.4.phy.
commē.118.vbi habet quod quies polorum eſt tranſumptiua: & ſecun/
dum ſimilitudinem.Et facta replica neſciuit amplius loqui.

Concordantiæ Auerrois ſuper.7.phyſi.

Dicit Commentator ſuper commento primo &. 4.ſeptimi phyſi.
quod primū motū in animali eſt cor. Huius tamen oppoſitū Cōmē.1. &
inuenimus primo de anima cōmen.37.vbi dicit quod ſunt pedes. Sol/ Cōment.4.
uitur:principium & fons totius ſenſationis & motus eſt ipſum cor:ſicut 8
probat Philoſophus in.2.de partibus animalium cap.10.Et in libro de
ſenſu & ſenſato.Et in.3.de anima expreſſe habet cor eſſe originale prin/
cipium omnis motus exiſtētis in animali:ſicut patet in tex. cō.55. Et in
lib.de motibus animaliū:& iſta fuit ſententia omniū antiquorū peripa/
theticorū:quicquid dicant moderni miſcētes & confundentes opinionē
peripatheticā cū opinione medicorū: videant Alexandrū in paraphraſi.
de anima:videant Themiſtium & Simplicium in.2.de anima:& videbūt
nunquid cerebrū ſit principiū motus vel ſenſus de intentione Ariſto.Di
co igitur cor eſſe principiū motus initiatiuū: & ei motus attribuitur vt
origini & vt principi:pedibus autē attribuitur tanquā inſtrumento quo
ad extra manifeſtetur & executioni demādetur:& ſic teneo cum Ariſt. L
& peritiſsimis peripatheticis eſſe de qualibet ſenſatione: ſiue ſit ſenſuū
exteriorū:ſiue ſit ſenſuū interiorū:quod quælibet talis ſit a corde tāquā
a radicali principio:& iſta eſt indubitata ſentētia Ariſto.licet Auerr.pro
parte non ex toto attigerit veritatē ſicut alij antiquiores:moderni autem
in hoc aberrant manifeſte:& nō eſt curabilis egritudo eorum:quia ſunt
aſſueti in ſermonibus falſis:& non poſſunt aſſentire veris principijs.
In commēto.11.ſeptimi phyſi.Cōmen.habet qualitates ſenſibiles eſſe Cōment.11.
differentias corporū conſimiliū.Et tamē oppoſitū habet ipſe in.5. phy. 2

cõmmen.10.&.8.meta.cõmẽ.5.contra Alexandrum. Moderni voluerũt grauitatem & leuitatem eſſe formas ſubſtantiales elementorũ: moti forte propter auctoritatem allegatam hic ex.11. comment. & ex autoritate ipſius Commentatoris.2. de anima male intellecta comment. 108. vbi habet graue & leue eſſe ſubſtantiam. Sed iſta opinio eſt purus error: quia quod vni eſt accidens alteri nõ eſt ſubſtãtia in his quæ vniuoce dicuntur. Sed grauitas & leuitas elemẽti eſt eiuſdem rationis cum grauitate & leuitate mixti: quod patet ex operationibus eſſentialibus ipſorum: cum igitur in mixtis ſint accidentia quomodo in elemẽtis erũt ſubſtãtiæ: ita arguit Cõmentator contra Alex.5.phyſi.cõmen.10.&.8.meta.cõmẽ.5.

Sed dicũt quod rationes cõmentatoris ibi procedunt de alijs qualitatibus: non autẽ de graui & leui. M Contra. philoſophus ſecundo de generatione tex.cõ.8. enumerat qualitates elementorũ: & ſimiliter in ſecundo de partibus animaliũ capitulo primo & ibi ponit grauitatẽ & leuitatem. Amplius: quomodo ſoluetur ratio facta: æque enim ratio procedit de grauitate & leuitate: ſicut de alijs qualitatibus: & quomodocũqꝫ ſoluere volueris: ita ſoluã pro Alexãdro rationẽ Auerrois. Amplius: forma ſubſtãtialis nõ eſt ſenſibilis ſenſu exteriori ſed grauitas & leuitas ſentiuntur ſenſu tactus: ſicut patet ſecũdo de anima tex.cõ.108. ergo & ſoluunt quod forma ſubſtãtialis eſt ſenſibilis a ſenſibus hominis: nã ſecundum Auerroim in cõmẽ. ſuper libro de ſenſu & ſenſato. homo comprehendit differẽtias rerũ: & earũ intentiones proprias: quæ ſunt in re ſenta ta quaſi medullã de fructu. Animalia autẽ bruta comprehendunt ea quæ ſunt extra quaſi cortices fructuũ. Sed cõtra quia ſenſus brutorũ etiã ſentiunt grauitatẽ & leuitatem nam aſinus magno pondere oppreſſus dolet: quod non eſſet niſi grauitatẽ ſenſu tactus ſentiret igitur grauitas eſt ſimpliciter accidens: ſed quælibet grauitas eſt vnius & eiuſdẽ rationis eſſentialis: ſi igitur quod vere eſt nulli accidit ſi grauitas & leuitas in elementis eſſent formæ ſubſtãtiales: nõ igitur eſſent accidentia in mixtis. Multa etiã alia incõuenientia dimitto breuitatis cauſa: nã tunc ſubſtãtia ſubſtantiæ per ſe primo cõtrariaretur, & multa huiuſmodi. Dicamus igitur differẽtias vltimas corporũ ſimpliciũ eſſe nobis ignotas: & circũloquimur eas per ſuas proprietates: & hoc colligitur ex ſententia philoſophi in.8.phy.in tex.cõ.32. vbi habet qđ eſſentia grauis eſt vbicari inferius & eſſentia leuis eſt vbicari ſuperius, & tamẽ ſupra.28. dixit moueri ſurſum & deorſum eſſe actiones grauiũ & leuiũ naturales: qđ nõ contigiſſet niſi eſſet verum qđ diximus: & hoc eſt etiã de intentione Auer. 8.meta.cõmen.5.&.7.meta.cõ.41. Grauitas igitur & leuitas ſunt differentiæ circũloquutiuæ elementorũ & nõ ſunt veræ formæ ſubſtãtiales illorũ ſicut ſingunt moderni: quomodo autẽ auctoritas Cõmenta. in ſecundo de anima ſoluatur ſtatim patebit in ſequenti contradictione.

In eodem commento.11. dicit grauitatẽ & leuitatẽ eſſe qualitates tangibiles. Oppoſitum habet ſecũdo de anima cõmen.108. vbi dicit quod ſunt ſubſtantiæ. Et.5.meta.commento.18. dicit quod ſunt quantitates. Soluitur: formaliter qualitates ſunt: ſicut dicit Philoſophus.2. de generatione &.2. de partibus animalium: ſunt ſubſtantiæ imitatione & ſimilitudine quo ad modum immutandi ſenſum. Nam ſicut ſubſtantia non immutat ſenſum niſi mediantibus accidentibus: ſic grauitas & leuitas non

non immutant ſenſum tactus niſi mediante motu: & ſic aſsimilantur ſubſtantiæ & non ſunt illæ: ſed ſicut ille. In.5. meta. commēto.18. dicitur eas eſſe quātitates: ſecundaria intentione ſicut ipſe glc ſtat ibi. Nam diuiduntur eadem diuiſione qua magnitudo diuiditur. iuxta illud philoſophi primo cęli. in maiori quanto eſt maior virtus: tamē ipſæ in ſe ſunt qualitates naturales. Et ſic ſedatur contradictio.

In commento. 15. dicit rarum & denſum eſſe qualitates. ſed quarto phyſi. 84. dixit quod ſunt quātitates. contradictio iſta in quarto fuit ſoluta. in commento. 84. ideo recurre illuc. Cōmen. 15. 4

In cōmē. 20. dicit ꝙ ſcientia dignius eſt vt ſit ad aliquid. oppoſitū dicit. 10. meta. 22. & in prædicamentis: vbi habet ꝙ ſit qualitas. Soluitur formaliter qualitas eſt & maxime in noſtro intellectu. ad eā tñ cōſequit̃ relatio ad ſcibile. 5. meta. 20. verū aūt dictum philoſophi in. 7. phy. tex. cōmen. 20. Et ſui Cōmen. habeat locū ſecundū mētes eorū: vel ſecundum mentē Platonis nō eſt præſentis ſpeculationis. Alio tñ modo pōt declarari ſcientiā eſſe in capitulo relatiōis: tam ſecundū mentē Platonis ponētis noſtrū ſcire eſſe reminiſci: ꝙ ſecundū mentē Auer. ponētis vnitatē intellectus colligati cum intentionibus imaginans in intelligendo: ſed iſta pertinent ad tertium de anima. nec eſt opus præſentis negocij: nam ſufficit nobis magnifice domine in iſtis fragmētis intellectū tuum excitare: nec opus eſt calcaria ſubdere ſponte currenti. Cōmē. 20. 5 N

Concordantiæ Auerrois ſuper octauo phyſi.

In octauo phy. commento. 2. eſt contradictio de opinione Anaxa. Et. 1. phy. cōmen. 32. ſed quia in primo phyſi. cō. 32. fuit ſoluta. ideo non oportet eam hic repetere. Commē. 2. 2

In commento. 4. octaui phyſi. dicit Auer. quod ſi materia eſſet denudata ab omni forma nō poſſet aliam formam recipere. Huius oppoſitū videtur. 5. phy. tex. cō. 8. vbi dicitur ꝙ materia ſecundū ꝙ eſt ens in pura potētia eſt ſubiectū receptiuū formæ quæ per generationē inducitur.

Aliqui ex antiquis quos multi moderni imitantur tenent formā corporeitatis de intentione Auer. & ſic tenendo viam iſtā diceretur ꝙ Cōmen. dixit hic ꝙ ſi materia eſſet denudata ab omni forma: & præcipue a forma iſta corporeitatis de prædicamēto ſubſtātiæ: tūc vtiqꝫ nō poſſet aliā recipere: quia talis forma eſt neceſſaria: tū quia vt dicunt oēs formæ educuntur de potentia eius: tum quia eſt diſpoſitio materiæ. Ad hoc vt ipſa recipiat formas ſpeciales. Nā cū materia maxime ſit a formis remota oportet materiā neceſſario diſponi per talem formā generatā imperfectam: tū etiā ꝓpter perpetuitatē dimenſionū interminatarū: quæ ſunt materiæ coëternæ. Nullū enim accidens videtur habere perpetuitatem niſi ꝓpter formā: & ideo videt̃ ꝙ talis dimēſio fundet̃ in materia mediāte forma corporis de prædicamento ſubſtātiæ, ſibi coëterna. Aſtruūt hāc opinionē eſſe Auer. indubitāter. quia. 3. cæli. cō. 61. vbi Ari. in litera habet: oportet aūt fortaſſe ſenſibiliū ſenſibilia: ſempiternorum vero ſempiterna: corruptibilium autem corruptibilia eſſe principia. & Commentator gloſſans illa verba inquit. quod hoc habes veritatem de principijs propinquis & non remotis rerum ſenſibilium: quia talia non ſunt ſenſibilia: ſicut ſunt prima materia & prima forma: per primam aūt formam vt dicūt nō poteſt intelligi niſi forma corporis: nō enim dimenſio Digreſsio de forma corporeitatis cōtra modernos.

eſt principiū

eſt principiū ſubſtãtiæ:quia illa eſt accidens.Itē talis eſt ſenſibile cõmu
ne.Amplius Cõmē.2.phy.cõ.15.Exponēs quomodo forma dicit priua/
tio dicit:ꝙ priuatio exiſtēs in prima materia eſt quaſi forma materiæ &
nõ eſt pura priuatio.hoc aũt nõ videt poſſe intelligi niſi de forma corpo
ris ſubſtãtiali:quia illa nõ eſt ſimplex priuatio ſed eſt quædã generalis
priuatio:de qua omnes formæ educuntur.Amplius Cõmen.7.meta.cõ.
29.reddens cauſam quare quædã generãtur ab arte tantum:& quædam
a natura & arte.dicit:ꝙ in illis in quibus eſt pars potentiæ naturalis simi
lis artificio illa poſſunt a natura generari & ab arte. ſed illa in quibus nõ
eſt pars potentiæ naturalis ſimilis artificio talia generant ab arte tantũ:
videt igit generatio rerū naturaliū præſupponere aliquã promptitudinē
in materia ex qua educunt.Et hæc nõ poteſt eſſe niſi forma ſubſtãtialis
corporis.Amplius ratiõe probatur ſic.dimẽſiones ſecundũ Auer.rema
nent eædem in genito & in corrupto:tunc quæro vel ſecundū rē eſt iſta
remanentia:vel ſecundū rationē.Si ſecundū rationē:tunc nõ erit niſi ſe/
cundū ſpeciē:quod tñ Auer.negat:quia ponit eas remanere eaſdē nume
ro.Si aũt ſecundū rē remaneãt: tũc oportet ponere formã ſubſtãtialem
coæternã materiæ:ꝑ quã illa ſemꝑ remaneat:vel oportet materiã ſecũdū
eſſe reale nõ dependere a forma:quod eſt cõtra Auer.12.meta.cõmē.14.
Nos aũt & ſi meminimus cõſtruxiſſe ſpecialē quæſtionē ſuper additio/
nibus noſtris quæſtionū metaphyſicalium Ioannis de gandauo.tamen
P hic aliqua tangã quæ ibi prætermiſi cõtra iſtã viã.Et quia oĩs contradi
ctor amore veritatis imprimis excuſandus eſt:cum ſupportatione taliter
opinãtiū mihi videt ꝙ illa nũꝗ fuerit opinio Auer. nec Ari. ſicut patet
ex diſcurſu philoſophi in pri.phy.Et in.2.de genera.vbi deteſtatur anti
quos ponentes ſubiectū generationis eſſe aliquid habens formã. ſi enim
hoc eſſet cũ quãlibet formã conſequant accidētia ꝑ quæ ſentiri poſsit:
tũc accideret ſubiectū generatiõis eſſe ſenſibile: quod eſt cõtra ſenſum.
Et iſta via procedēs Philoſophus poſuit ſubiectū generatiõis eſſe ens in
pura potētia:nõ habēs aliquã formã ſubſtantialē coæternã neꝗ generi/
cam:neꝗ ſpecificam forma enim generis & forma ſpeciei vna eſt & ea/
dem apud ipſos:quia tales de vna & eadē re per ſe prædicãtur.Ita enim
probatur.4.meta.tex.cõ.3.Ens & vnum : eandem naturam ſignificare:
quia de eadem re per ſe prædicantur.Et ideo definiens generationē pri/
mo de genera.23.dixit ꝙ generatio eſt tranſmutatio totius in totũ nul/
lo ſenſibili remanente vt ſubiecto : quod non dixiſſet ſi opinatus fuiſſet
materiã eſſe corpus.immo damnat antiquos hoc opinantes.Nec aliquis
locus eſt in Auerroi vbi ponat talem formam.immo reprehendit Auic.
hoc opinãtem in primo phy.63.& primo cap.de ſubſtãtia orbis. vbi di
cit ꝙ Aui. fuit opinatus ꝙ eadē eſt diſpoſitio dimẽſionū interminatarū
& terminatarū: quod nõ dixit ſicut male gloſſauit Ioannes & ſequaces:
quia Aui.poſuerit illã formã in materia ſpecificã. Cõmentator aũt po/
nit eam genericam:quia nullibi Aui.dixit iſtam fatuitatem manifeſti er/
roris.ſed illud dixit:quia ſecundum Auic. quantitates interminatæ fun
dabantur in commento ex materia & forma corporeitatis: ſicut fundan
tur quantitates terminatæ. Et in hoc diſcrepat Commen. ab ipſo: quia
ſecundum ipſum fundantur in prima materia ſine aliqua forma ibi præ/
Q exiſtente.Mirum profecto mirum quomodo Auer. ponat iſtam formã.

Et tamē

Et tamen in libro de ſubſtātia orbis. & præcipue in primo cap. vbi inueſtigat omnes diſpoſitiones materiæ: nullam faciat mentionem de tali forma ſubſtantiali: ibi poſtq̃ concluſit materiam eſſe ens in potentia ad omnes formas ſtatim ſubdit: quod primum quod accidit materiæ eſt trina dimenſio: quomodo igitur prætermiſit formam ſubſtantialē præexiſtentem nullam de ea mentionem faciens. Auctoritates aūt adductæ non ſonant hoc. quando enim. 7. ce. cō. 6 1. dixit principia rerū ſenſibiliū eſſe ſenſibilia loquendo de propinquis & nō de remotis: ſicut eſt prima materia & prima forma: dico ꝙ hoc eſt verum. ſed per primā formā nō intellexit formā corporis ſubſtantiæ: quia vtiq̃ illa ſenſibilis eſſet cū ſit dimentionata quantitatibus. vnde mirum eſt quomodo iſti ad pauca reſpicientes dicant Commen. non poſſe intelligere dimenſiones: quia illæ ſunt ſenſibile commune: cum tamen hoc idem retorqueri poſſit contra eos de forma corporis: quia ſaltim erit ſenſibilis ratione dimenſionum quæ in ea fundantur ſecundum ipſos. & ideo ſi dimenſiones iſtæ ſunt ſenſibiles vt dicunt contingeret formam corporeitatis eſſe ſenſibilem ratione ipſarum: quod ipſi negant. Accedit ad hoc quod cum forma generis non ſit re diſtincta a forma ſpeciei: & cum formæ ſpeciales ſint ſenſibiles merito ſuorum accidentium: vtiq̃ & forma illa ſenſibilis appareret. Dicamus igitur primam materiam eſſe inſenſibilem: qui ſecundum ſe nullam formam habet per quam ſentiri poſſit: quia illud quod ſentitur eſt in actu quia autem materia non eſt in actu per aliquam formā nō eſt ſenſibilis. quātitas etiā interminata quatenus interminata eſt ens potentiale: & vtiq̃ ipſa ſentiri non poteſt. Et ideo. d. Cōmenta. ꝙ materia vt eſt denudata ab omni actu eſt ens ratiōis: quia ſolus intellectus ſic poteſt intelligere eam in actu ſecundo ꝙ non ſit forma nec formam habēs. per primam autem formam Commen. intellexit deū glorioſum qui etiā ſenſibilis non eſt, dicitur enim eſt principiū remotū ſenſibiliū & prima materia illud Auer. 12. me. commen. 18. omnes proportiones & formæ ſunt in potentia in prima & ſunt in actu in primo motore. & hoc confirmat auctoritate eiuſdē. 12. meta. cōmen. 6. vbi gloſſans dictū Alexandri dicētis naturalē ſumere a diuino principia ſubſtātiæ quæ eſt in motu: dicebat ꝙ illud habet veritatem de cauſa formali & finali: nō de cauſa materiali & mouente. Vnde dicimus nos ꝙ prima principia remota rerum ſenſibiliū ſunt prima forma & prima materia: tamē prima materia a philoſopho naturali conſideratur: ſed prima forma conſideratur a diuino. & hoc etiā eſt de intentione ipſius Auer. primo phy. com. 69. vbi gloſſans dictū philoſophi enumerātis ibi tria principia rerū naturaliū, ſcilicet materiā formā & priuationē. Ponēs differentiā inter materiā & formā, inquit, entia habēt aliud principiū a ſubiecto. & eſt forma. Sed primum principiū in hoc genere. ſ. in gñe cauſæ formalis nō potuit ſciri in hac ſciētia. ſicut primū ſubiectū. Et hoc idē. d. philoſoph⁹ ante ipſum in primo phy. ad finē: vbi poſtq̃ egit de prima materia. d. de principio autē ſecundū ſpeciē: vtrū vnū aut plura aut quot: aut quæ ſunt per certitudinem philoſophiæ primæ eſt determinare. ſi igitur entia naturalia haberent formam corporeitatis tanquam primam: illa vtiq̃ a naturali conſideraret. Nō aduertūt moderni ꝙ aliud eſt naturalē conſiderare quatuor genera cauſarum: & aliud eſt ipſam quatuor prima genera cauſarū conſiderare R

ſiderare

ſiderare:prima enim vera eſt:& ſecũda falſa:nam duo prima cauſarũ gene
ra cõſiderat diuinus.ſ.primã formã & primũ finẽ.& duo prima conſide
rat naturalis.ſ.primã materiã & primũ mouẽs:ipſa aũt prima forma quæ
a diuina cõſideratur nõ eſt forma corporeitatis:nã ſecũdũ Auerroim pri
ma forma eſt idẽ ſubiecto cũ primo fine & primo mouente. Et hoc eſt qđ
dixit egregie Com.noſter.7.metaphy.cõmẽ.5.ꝙ prima quæſtio quã in-
cepit in ſcientia diuina perducit ad cognitionem primæ formæ & vlti-
mi finis.ſed prima quæſtio quã incepit in ſcientia naturali perducit ad
ſciendum primam materiã & formas naturales & primũ motorem.Idem
cõfirmat in eodẽ.7.meta.cõ.9.vbi expreſſe habet qđ naturalis poteſt de
uenire ad cognitionẽ primæ materiæ:nõ autẽ ad cognitionẽ primæ for-
mæ,& ibi dat rationẽ iſtius:ſicut poteris videre. Idẽ habet ipſe.3. meta.
com.3.& quarto meta. com.primo vbiꝗ habet quod hæc ſciẽtia conſi-
derat de nobiliſsima cauſarum.ſ. de prima forma & de primo fine.Nũꝗ
igitur primã formã appellauit Cõmẽ.corporeitatis formã . immo vbiꝗ
locorũ vbi loquiť de prima forma dicit eam a diuino cõſiderari:&.d. il-
S lã eſſe eandem ſubiecto cũ primo fine & primo mouente:quæ de forma
corporis minime verificari poſſunt. Ad aliã auctoritatẽ Cõ.2.phy. cõ
men.15.dico quod per priuationem ibi nõ intellexit formam corporei-
tatis:ſi enim illa daretur nõ dixiſſet Commẽ.ꝙ eſt quaſi forma materiæ:
ſed dixiſſet quæ eſt forma materiæ: ſed per priuationẽ intellexit ipſam-
met priuationem materiæ quæ cõnotat aptitudinẽ quæ aptitudo eſt ſua
met potentia per quam omnium formarum eſt capax:& merito illiꝰ apti
tudinis:quæ eſt aliqd ex natura rei priuatio materiæ nõ eſt ſimplex pri-
uatio:ita quod ſit purum nihil:& talis priuatio eſt quaſi forma materiæ:
quia vt dicit Commenta.7.meta.commẽ.60.vbi exponens dictum phi-
loſophi aſſerentis quãdoꝗ fieri quæſtiones per quare quærentes de ma-
teria:dicit ibi Com.quod iſta natura eſt illa cuius quiditas & forma eſt
recipere omnem formã:quid clarius potuit inueniri bone deus in Auer.
per quod poſſemus ipſummet per ipſummet exponere? iſta eſt igitur eſt
forma materiæ:ipſam nullam habere formam : & ipſam eſſe receptiuam
omnium:& hoc voluit etiam dicere primo cap.de ſubſtantia orbis:dum
dixit quod natura materiæ ſubſtantiať per poſſe : & quod potentia eſt
differentia ſubſtãtialis materiæ: ecce quomodo verum vero cõſonat ex
T omni parte. Ad aliã auctoritatẽ.Com.7.meta.cõ.29.dico qđ ibi po-
nit differẽtiã inter res artificiales & materiales in hoc:quia formæ artifi-
ciales nõ ſunt in potẽtia materiæ ſecundũ Auer.non enim materia habet
inclinationẽ naturalẽ ad tales formas:ſed tales inducuntur ab extrinſeco
motore vt teſtať ipſe.3.de aia.cõ.18.Et iſta eſt ratio propter quã ipſe.d.
in.8.meta.commen.xj.ꝙ ſolũ in artificialibus eſt poſsibile quod ſtante
vnitate materiæ poteſt eſſe diuerſitas formarũ propter diuerſitatẽ mate-
rierũ:ſed in rebus naturalibꝰ nõ eſt hoc poſſe:quia dantur materię ꝓpriæ
propriis formis:& ideo res illæ in quibus eſt pars potentiæ naturalis ſi
milis artificio poſſunt induci a natura & ab arte ſimul:ſicut eſt de medi
co qui eſt miniſter naturæ. vt teſtatur Gaľ.tertio regni.tex.cõmen.xxix.
vbi dicit omnium autem eorum natura operatrix : medicus vero mini-
ſter.& Auic.prima fen quarti.trac.ij.cap.8.Curans ſicut ſciuiſti eſt vir-
tus;non medicus:quoniam medicus facit peruenire inſtrumenta ad vir-
tutem

tutem. Dicamus igitur quod ad hoc quòd aliqua forma inducatur a na/
tura, vel a natura & ab arte ſimul, eſt neceſſariū in ſubiecto eſſe aptitudi
nē naturalē ad talē formā, & nō oportet aliquā formā corporeitatis po
nere, ſed ſola potentia materiæ ad hoc ſufficit ex qua oēs formæ educū
tur ad actū, in quibꝰ aūt iſta promptitudo deficit illa bene ab arte tantū
induci poſſunt, ſed a natura minime. Et huic teſtatꝰ experiētia, dicūt nā/
que medici ꝙ ethica tertiæ ſpeciei eſt incurabilis & ꝙ ſi ad eā eſſet inge
niū, eſſet ingeniū ad mortē, vt dicit Auic. in prima quarti, in cap. ꝓprio.
Et propter quid eſt nō eſt propter aliud, niſi quia in tali corpore eſt cor
rupta oīs potentia & cīs virtus & cōplexio per quā corpus inclinaba/
tur ad ſanitatē, ſicut d. Pluſquā Com. cap̄. 18. tertij tegni. Et quia indu/
ctio ſanitatis neceſſario requirit talē naturæ promptitudinē, hinc eſt ꝙ
ad eam nullum valet artis ingeniū. Formæ vero mere artificiales non re
quirūt in ſubiecto talē inclinationē, ſubiectū em̄ petiꝰ inclinat ad oppo
ſitū, cū vt in pluribus tales formæ inducantur cū diuiſione & inciſione
remotione partiū ſubiecti, quæ oīa atteſtantur corruptioni, aut ſaltē eſt
in potētia neutra reſpectu taliū, ſicut dicit Subtilis doctor in. ij. ſen. diſt.
xviij. q. vnica. Et hoc in caſu quo tales formæ nō inducunꝰ cōtra incli V
nationē naturalē principij paſsiui. Ad rationē aūt eorū quā reputant
demōſtrare, Reſpondeꝰ cū quæritꝰ an dimēſio interminata remanet ſecun
dū rem, vel ſecūdū rationē, dico ꝙ remanet vna numero, eo modo quo
materia ſecluſa omni forma dicitur vna numero, & vt ſic eſt ens ratio/
nis. xij. met. cō. 14. Iſta autē vnitas numeralis eſt priuata, ſicut eſt vnitas
materie, nā ſicut materia dicitur vna numero, quia nō habet aliquā vnā
formā numero, per quā ſit hæc, ſed eſt in potētia ad oēs formas, ita pa/
riformiter dicendū puto dimēſionē interminatā eſſe vnā numero pro
quāto nō habet aliquē vnū terminū per quē ſit terminata, ſed ſecūdū ſe
eſt indifferēs ad oēs terminos. Et qñ dicitur ꝙ perpetuitas iſta requirit
aliquā formā ſubſtātialem in materia per quā ipſa materia perpetuo ſit
ſub tali dimēſione: nego argumētū, quia alia eſt diſpoſitio accidētiū ter
minatorū, & alia eſt interminatorū, accidētia terminata bene præſuppo
nūt formā in materia, nō aūt interminata, vnde in hoc diſcrepat Cō. vt
ſupra dixi ab Auic. quia Auic. credidit vnā & eandē diſpoſitionem eſſe
vtrorūq; accidētiū, ꝙ videlicet talia in compoſito ex materia & formæ
fundarentur, & ideo poſuit in materia ante dimēſiones interminatas for
mā corporeitatis ſubſtātiæ. Et ſi hoc eſſet vt inquit Cō. tunc forma il/
la eſſet indiuiſibilis, & non haberet diuiſionē per ſuū ſubiectū, & ipſam
eſſe æternā, & ipſam nō habere cōtrariū ſibi ſuccedens in eodem ſubie
cto. Et ſi ita eſſet, tunc nullā aliam formā ſibi reciperet præter iſtam ſibi
primam. Et ne quis credat me ſomniare iſta decreui adducere verba eiꝰ
formaliter in primo cap̄. de ſubſtantia orbis, inquit enim ſic, vnde puta/
uit Aui. ꝙ diſpoſitio triū dimēſionū exiſtētiū in materia ſimpliciter, ſci
licet nō terminatarū eſt diſpoſitio dimēſionū terminatarū in ea. Et de/
clarans hoc ſubdit, quapropter dixit neceſſe eſt primā formam exiſtere
in prima materia antequam dimenſiones exiſtāt in ea, ecce ꝙ nō. d. vt di
cunt moderni ꝙ Auic. poſuerit illā formā ſpecificam, ꝙ ideo reputauit
ꝙ eadē eſt diſpoſitio vtrorūq;, ſed quia putauit ꝙ dimēſio interminata
fundatur in compoſito ex materia & forma corporis in hoc. d. eſſe cō/
uenientiam

uenientiã, vnde etiã ipſe Auic. in ſecũdo ſuæ me. cap. 4. de prioritate formæ ad materiã dicit materiã non dependere a forma inquantũ eſt forma ſpecie deſignata in ſuo eſſe, ſed ſolum a forma inquantum eſt forma, cũ igitur forma corporis ſit illa a qua dependet in ſuo eſſe, ſicut patet per ipſum ca. ij. illius ſecundi ſequitur ꝙ illa ſit generata. Et hoc idem habet ipſe in illo loco ſi ponderentur bene verba eius. Mirum profecto mirũ ꝙ Auic. qui fuit adeo perfectus logicus teſte ſuo aduerſario. 3. de anima
X cõ. 30. ꝙ ignorauerit corpus de prædicamẽto ſubſtãtiæ eſſe genus & nõ ſpeciem ſpecialiſsimã, cum tamẽ omnes ſorticuli hoc ſciant & videant Auic. primo ſufficientiæ ſuę cap. ij. & videbũt errorẽ ſuum. Auer. poſtea in illo loco impugnat Auicen. & ſua verba ſunt illa, ex quo accidunt ei multa impoſsibilia, quorum vnum eſt, formam non diuidi per diuiſionẽ materiæ, quapropter non recipiet diuiſionem, & ipſam eſſe æternã non diuiſibilẽ per diuiſionẽ ſui ſubiecti, & ipſam non habere contrariũ ſibi ſuccedens in eodem ſubiecto, ꝙ ſi ita eſſet, tunc materia nullam recipetet formam præter iſtam ſibi primã, hæc ille, patet aũt omnia iſta inconuenictia ſequi cõtra Auer. ſi ipſe ponat talẽ formã vel ſub ratione generis vel ſub ratione ſpeciei. Et ideo erubeſcãt moderni imponere iſtum errorẽ tanto philoſopho, cũ ipſe oppoſitum ſentiat vbiq;, vnde & primo phy. cõmen. 63. Et primo cap. de ſubſtantia orbis. & xij. meta. com

Solutio præpoſitæ contradictiõis. men. xiiij. oppoſitum tenet. Reuertamur igitur eo, vnde diuertamus, & dicamus Auer. non ſibi contradicere, vnde dicta ſua vera ſunt in hac materia: nam quando dicit ꝙ ſi materia eſſet denudata ab omni forma, non poſſet aliã recipere, hoc verũ eſt: nam ſecundum ipſum & Ariſto. alteratio eſt neceſſaria ad generationẽ, & quia ſubiectũ alterationis proximum eſt ens in actu, tunc materia nuda nõ poſſet alterari modo ſi alteratio eſſet impoſsibilis, vtiq; & impoſsibilis eſt generatio & econtra, primo de generatione. t. c. primi. in. 5. aũt phy. d. materiã non recipere in ratione ſubiecti formã vt eſt ens actu, ſed vt eſt ens in potentia bene tamẽ materia alterabilis eſt vt ens actu, & ſi non eſſet alterabilis vt ens actu, neq; etiam ſuſcipere poſſet formam vt ens in potentia propter eſſentialem ordinem & cõcomitantiam exiſtentem inter iſta, & ſic ſedatur con

Y tradictio. Reſponſio autem modernorum nulla eſt, quia vt dictum eſt, materia dependet a forma ſubſtantiali, quo ad eſſe accidentium in ipſa, prout talia terminata ſunt, terminus enim eſt a forma, ſed non dependet a forma in eſſe accidentium interminatorum in ipſa, prout talia interminata ſunt a forma, quia vt ſic materia per ſuammet quiditatem ſeu naturam ſubſternitur talibus accidentibus, quatenus ſunt interminata, cum terminatio ſit a materia. Et ideo materia non indiget forma pro inherentia accidentium terminatorum, inquantum interminata ſunt, niſi per accidens inquantum identificatur terminatis, non autem vt ratione diſtinguuntur ab illis, & hoc non videtunt moderni.

Cõ nẽ. 20. Dicit Commen. commen. 20. ꝙ non inuenitur aliquid moueri ex ſe
3 niſi in motu locali. Huius tamen oppoſitum dicit ſecundo de anima. cõ. 50. de animalibus & plantis quo ad nutritionis motum. Soluitur, in ſimplicibus habet locum dictum ſuum, ſicut ipſe gloſſat ſeipſum, ſecundo phy. com. primo. Fallit autem in mixtis pręcipue perfectis ſicut ſunt plãtæ & animalia, talia enim ab intrinſeco poſſunt alterari.

Commen.

Cõmen.24.dicit plures qualitates tranſmutabiles non recipere ma- Cõm. 24.
gis & minus. Huius tamen oppoſitum habet.5.phy.cõ.xix.&.xxij. & 4
x.metaphyſi.cõ.xxiij.niſi eſſet quod illud intelligitur ſecundum actũ,
aut forte loquitur de qualitatibus tranſmutabilibus per accidens, quali
tates enim quæ per tranſmutationem per accidens acquirũtur non opor
tet ꝙ recipiebant & minus, ſicut eſt de ſecunda ſpecie qualitatis.7.ph.
cõ.xx.&.5.metaphy.cõ.xix. ſimiliter æqualitates quartę ſpeciei nõ re-
cipiunt magis & minus, ſicut patet.7.phy.com.xv.&.xvj.

In commento.xxvij.habet.Commen. motum cæli eſſe naturalem ex Comm. 27.
parte animæ, & ex parte corporis. Huius tamen oppoſitũ videtur dicere 5
ij.cæli.cõ.3.vbi.d.motũ cæli nõ eſſe naturalẽ. Reſpondet nõ.d.motũ cæ
li Cõmen.ibi non eſſe naturalẽ abſolute, ſed.d.ꝙ nõ eſt naturalis, ſicut
eſt motus elementorum. Sed dices tu dixiſti ſuperius in.ij.phy.in cõtra-
dictione ſecũda ꝙ motus cæli nõ eſt naturalis ex parte ſuæ formæ quæ
eſt anima eius, ſed ſolum ex parte corporis, modo cõmen. hic dixit op-
poſitum ſicut vides. Dico ꝙ non eſt contradictio, quia ibi negaui motũ
cæli eſſe naturalem ex parte intelligentiæ, ita ꝙ ipſa ſit natura, ſed vt di
xi, vt ſic motus cæli eſt ſupra naturam pro quanto eſt ab aliquo princi-
pio altiori quam ſit natura, vnde cõ.diſputatione vndecima, in ſolutiõe
primi dubij contra Algazelem, inquit peripathetici ſecundum veritatẽ
loquẽtes, dicũt ꝙ entia ꝓcedunt adeo modo altiori quam ſit natura. &
quam ſit humana voluntas. Et ideo illud quod ipſe dixit nomine philo
ſophorum, ꝙ id quod procedit ab ipſo deo, procedit modo naturæ: fal
ſum eſt, hic aũt concedo motũ cæli eſſe naturalem ex parte animæ, quia
motus circularis eſt motus animæ, ſicut patet.ij.cap.de ſubſtãtia orbis,
non tamen anima cæli eſt natura, ſed eſt ſupra naturã, ſed tenentes illam
animam dare eſſe, ſequitur illam eſſe vere naturam, quod eſt abſurdum.

Cõmen.30.octaui phyſi. dicit ꝙ impoſsibile eſt elemẽtũ eſſe mouens Comm. 30.
& motũ ſecũdũ formã eodẽ modo. Huius oppoſitum.d.4.cæli.cõmen. 6
xxij.vbi habet ꝙ in motu elementi forma eſt mouens & motũ. Soluitur
quia dicit eodẽ modo, pro quo debes ſcire ꝙ forma mouet inquantum
forma, ſed vt ſic non poteſt moueri, ſed forma vt in materia moueri po
teſt, ratio eſt iſta, quia omnis poſsibilitas & potentialitas, & vniuerſali
ter imperfectio quæ attribuitur formæ eſt merito materiæ ſecundum
philoſophos, & ideo.4.cæli.d.forma elemẽti mouet, ſed vt eſt forma in
materia mouet. Et propter hoc ſecũdũ ipſum, nono meta.cõ.ij. formæ
abſtractę a materia ſunt tantũ agẽtes, nullo modo patiẽtes neq; eſſentia-
liter neq; accidẽtaliter, & hoc eſt cõueniẽs principijs philoſophi, nam
ratio eſſentialis patiẽdi eſt a materia & a potẽtia, ſecũdo de gñatiõe.53.
materiæ eſt moueri, & ideo nulla forma per ſe eſt paſsibilis ſiue abſtra-
cta ſiue materialis fuerit, quia forma eſſentialiter eſt actio, ſecũdo de ge-
neratione, vbi ſupra &.3.phy.xvij.& nono metaphy.xx. tñ materiales
ſunt paſsibiles per accidens, quia ratione materiæ a qua inficiunt, cũ au
tẽ in abſtractis a materia non ſit ratio paſsibilitatis aliquo modo, quia
nec vt formæ, nec vt in materia, quia ibi materia nõ eſt, ſequit illas eſſe
actiones tantũ, ſed iſtæ quæ ſunt hic, ſunt actio & paſsio, ſicut noſti.

In cõ.34.d.ꝙ omne motũ habet motorẽ aliũ a ſe in eſſe, oppoſitũ.4. Comm. 34.
cæli.cõ.22.ad finẽ, vbi dicit ꝙ in motu elemẽti motor & motum ſunt 7

A idẽ ſecundũ ſubiectũ, & differunt ſecũdũ modũ. Soluitur. in per ſe mo-
uentibus, & per ſe motis, motor & motum debent diſtingui ſecundum
eſſe. Sed in per ſe mouentibus, & per accidens motis, ſicut eſt de forma
elementi, non oportet hoc, ſed ſufficit ꝙ illud ratione cuius dicitur eſſe
mota forma per accidens ſit diſtinctum ſecundum eſſe ab ipſa forma, &
illud eſt ipſa materia, Et ideo philoſophi dixerunt nullum omnino ſim
plex poſſe eſſe mouens & motum, aliquo modo, ſicut ſupra iã diximꝰ.

Comm. 35. In com. 35. octaui phyſi. dicit, motum ferri ad magnetem eſſe ab ex-
8 trinſeco. oppoſitum dicit. 7. meta. 10. com. Soluitur. eſt ab extrinſeco,
quia non mouetur a ſua forma intrinſeca. eſt ab intrinſeco pro quanto
mouetur vt alteratum & informatũ tali qualitate impreſſa ſibi ab ipſa
magnete, cum in omni motu mouẽs & motum debeant eſſe ſimul, & ſic
debemus imaginari de vaporibus eleuatis virtute ſolis ad mediam regio
nem aeris, & de motu attractionis nutrimenti ad membra: ſed tunc eſt
difficultas, quia forma exiſtens in ſubiecto, non agit in ſuum ſubiectũ.
Niſi eſſet ꝙ hoc fallit in motu locali, alias etiam limitationes habet iſta
propoſitio, ſicut poteris videre in limitationibus noſtris.

Comm. 35. In eodẽ com. dicit calorẽ naturalẽ eſſe primũ mouẽs vt poteris videre
9 in fine com. 53. in cõmẽ. iſto. circa principium. & in cõmẽ. 37. inferius di
cit ꝙ mouet vt inſtrumentum, & conſequens non eſt primus motor ſed
eſt medius compoſitus ex moto & motore, niſi eſſet ꝙ exemplorum nõ
requiritur verificatio, ſed manifeſtatio, ſecundo de anima. com. 67. vnde
calor naturalis comparatus ad animam eſt inſtrumentum eius, tamen ca
lor naturalis comparatus ad lapidem; & baculum de quibus, Commen.
exemplificat ibi, habet rationem primi motoris, quia lapis eſt vltimum
motum in illo exemplo, baculus eſt medius motor vel manus, & calor
naturalis ibi ſupponit pro primo motore. Licet abſolute comparatus
ad animam, ſit motor inſtrumentalis, & ſic ceſſat omnis contradictio.

Com. 48. In cõ. 48. ſcribit Com. ꝙ cõſideratio de pluralitate æternorũ eſt pro
10 pria meta. & hoc idẽ dicit ſuperius in cõ. 45. hoc idẽ videt de intẽtione
philoſophi, primo phy. ad finẽ, vbi habet ꝙ de principio aũt ſecũdũ ſpe
ciẽ vtrũ vnũ aut plura, aut quod ſecũdũ certitudinẽ philoſophiæ primæ
eſt determinare. Huius tñ oppoſitũ videt primo de aĩa. cõ. 2. vbi decla-
rãs vtilitatẽ ſciẽtiæ de aĩa. ꝓpter dat pluribꝰ ſciẽtijs plura principia dicit,
ꝙ diuinus ſuſcipit ſubſtãtiã ſui ſubiecti, & multa alia de diſpoſitionibꝰ
cõſequentibꝰ intelligẽtiã, inquãtũ intelligẽtia & intellectus, &. 3. de aĩa
cõ. 5. in ſolutione tertiæ qõnis. & in cõ. 14. ibidẽ. d. quod ſi nõ eſſet iſta
natura, quę eſt intellectꝰ poſsibilis non eſſet multitudo in abſtractis, &
ideo ſciẽtia de aĩa eſt neceſſaria in ſciẽdo primã philoſophiã. Dicunt
B aliq qd numerus ſubſtãtiarũ abſtractarũ, & ſic in metaphyſica per motũ
Digreſsio & p mediũ aſtrologicũ ſit demõſtratꝰ: tñ ex natura ſcibiliũ eſt cõcluſio
de numero metaphyſica et eſt mediũ metaphyſicũ ad ꝓbãdũ talẽ numerũ, ſed quod
abſtractorũ nõ demonſtret, dicũt qd hoc eſt merito defectꝰ cognitionis noſtræ, quę
an ſit cõclu ſatis obſcura eſt, & nõ poteſt attingere tale mediũ, & ita etiã dicunt qd
ſio diuina ſubſtãtias abſtractas eſſe intelligẽtes eſt cõcluſio in metaphyſica, ſed qd
contra mo- nõ cõcludat, eſt qa ignoramꝰ tale mediũ, & ſic dicũt numerũ abſtracto-
dernos. rũ cõcludi poſſe a diuino & nõ a philoſopho naturali, ego aũt nũquam
potui intelligere iſtã opinionẽ, & diu fui in ſpeculatione iſtius difficul-
tatis,

tatis:nam ſecundū Auerroi .n. videtur qđ iſta poſitio iſtorum non poſsit
ſtare:& ratio eſt iſta, quia a pari ego dicam ſibi quod eſſe abſtractorum
eſt concluſio diuina:tamē mediū eſt ignotū.Soluunt dicentes eſſe ratio/
nem diuerſitatis:quia illa eſt principium in ſcientia diuina.cū ſint ſubie/
ctum eius:ſed numer⁹ ſubſtātiarū eſt cōcluſio & nullo modo principiū.
Sed contra iſtud arguo ſic:ens & vnū ſignificāt eandē naturā per Auer/
roim:cum autē numerus iſte ſubſtantiarū ſeparatarū cauſatus ſit non ex
diuiſione continui:ſed ex cōtradictione propter imperfectionē & poſsi/
bilitatē in eis repertā:ſequit̃ ſi diuinus demōſtraret numerū demōſtraret
vtiq̧ & eſſe:ſed dicūt ꝙ ens & vnum ſignificant eandē naturam:ſed non
eodem modo. Et ideo poteſt diuinus demōſtrare aliquid eſſe vnū: licet
nō poſſit demōſtrare illud eſſe propter diſtinctionē rationis inter eſſe &
vnū eſſe ſicut eſt de primo motore qui & ſi idē ſit cū primo fine & pri/
ma forma:tamen ratione diſtinguuntur:& iſta diſtinctio ſufficit vt de eo
diuerſæ ſcientiæ conſiderēt,naturalis eñ conſiderat primū motorē.,diui
na primā formā. Sed cōtra:quia propter hoc nō euadūt argumentū:nam
vnū vt ratiōe diſtinguitur ab ente:nil aliud dixit ſecūdū Auer.cō.3.qua/
ti meta.niſi indiuiſionē in eſſe fundatā:quia non importat aliquē conce/
ptū poſitiuū vt voluit Aui.Si igitur diuinus demōſtrat aliquid vnū eſſe:
hoc nō eſt niſi inquātū illud eſt indiuiſum in eſſe:ſed qui demōſtrat indi
uiſionē in eſſe ipm eſſe demōſtrat:eſſe eñ & indiuiſum eſſe idē ſunt oī/
bus modis:& nō differūt niſi ex modo ſignificādi:& ideo quicunq̧ de/ C
mōſtrat vnū eſſe:vtiq̧ & eſſe demōſtrat. Cōfirmat̃ ꝑ philoſophū.4.me.
tex.cō.3.idē eñ hō & vn⁹ hō:& nō diuerſum aliqđ oſtēdit ſcđm dictio
nem repetitā homo & ens homo & vnus homo.Nec inſtantia de primo
motore valet:quia primus motor & prima forma licet dicāt vnā naturā:
tamē dicūt duos cōcept⁹ poſitiuos diſtinctos:qui ſunt ſufficiētes ad cau
ſandum diuerſos habit⁹ in actum ſaltē partialiter. Sed illa quæ differūt:
ſicut poſitiuū & priuatiuū minime poſſunt hoc facere:quia priuatio non
habet aliquā formalitatē vel cōceptum poſitiuum diſtinctum a cōceptu
ſui fundamenti:per quem poſsit intelligi.& ideo dicit Philoſophus:qđ
intelligūtur priuationes per ſuos habit⁹.3.de aīa.25.ſi igitur diuinus nu/
merum abſtractorum demonſtrare poſſet:tunc vnitate eorum demonſtra
ret eſſe.& ſi vnitates:ergo & entitates:& ideo mihi videtur de intentio/
ne Auer.dicendum eſſe quod nulla ſcientia neq̧ vniuerſalis neq̧ parti/
cularis poteſt demonſtrare numerum ſui ſubiecti:ſicut ſecundum ipſum
nec eſſe poteſt demonſtrari. Et confirmatur per ipſum in.2. de anima.
commen.27.vbi Ariſtote.enumerat potentias animæ ſine aliqua proba
tione.& Commentator ibi in commen.reddens cauſam inquit in princi
pio commenti cum voluit incipere loqui de vnaquaq̧ virtutum animæ.
incepit primo numerare eas eſſe.& quod quędam animalia habent quaſ
dam earum proprie:ſecundum quod artifex ponit ſubiectum ſuæ artis.
Artifex enim neceſſe eſt vt ponat ſubiectum de quo loquitur. & diuidit
genera eius quaſi manifeſta in eſſe. Artifex enim non poteſt demon/
ſtrare ſubiectum ſuæ artis:neq̧ ſpecies eius.& in principio com.29.illi⁹
ſecūdi.d.qa vult ponere hic numerū iſtarū virtutū ſecūdū qđ artifex po
nit ſubiecta ſuæ artis:& qlibet igit̃ artifex q ſumit ſubiectū ſuæ artis: vt
cōceſſum habet accipe & nūerū. vnde Aui.prima fen primi.vbi agit de

ſubiectis medicinæ:dicit quod medicina nõ habet declarare:quę ſunt ele
mẽta & quid ſunt aut quot ſunt:nec humores cõplexiones virtutes quæ
ſunt:qd ſunt:aut quot ſunt:ſed in his philoſophico credere debet. Licet
igitur numerus abſtractorum ſit in metaphyſica demonſtratus:nõ tamen
eſt metaphyſicalis cõcluſio:ſed eſt principiũ in ea:ſunt eas eſſe:& eas eſſe
intelligentes ſunt principia:& non cõcluſiones.primo de anima.cõmen.
2.&.12.met 3.com.36.&.2.cæli.com.61.& vltimo cap.de ſubſtantia or
bis.vnde mirum eſt de iſtis dicẽtibus tales propoſitiones eſſe diuinas cõ
cluſiones:cum tamẽ Commẽ.dicat q᷑ ſunt principia diuina & cõcluſio
nes naturales.Donec igitur iſti nõ inueniant media diuina per quæ iſtas
cõcluſiones demõſtrent.Nũꝗ concedã illas diuinas cõcluſiones eſſe li-
cet Ariſt.eas in diuina ſcientia cõcludat:ꝓpter hoc tamẽ nõ ſunt cõclu-
ſiones diuinæ:quia cõcluſiones ſpecificant a medijs.Et Ariſt. multas de
mõſtrationes naturales adduxit in ſua metaphyſica: ſicut patet.Dicamus
igitur q᷑ numerus abſtractorũ eſt cõcluſio demõſtrabilis medio aſtrolo
gico & naturali:ſicut patet intuẽti demonſtrationẽ illam philoſophi.ibi
enim ingreſſum habet ratio naturalis:& ibi etiã eſt aſtrologicũ mediũ.
ſimiliter naturalis poteſt demõſtrare multitudinẽ in abſtractis ꝓpter in-
tellectũ poſsibilẽ repertũ in eis ſicut dicit Cõmẽ.3.de aĩa.5.&.14.com.
q᷑ quomodo ſit intelligendũ nõ eſt præſentis negocij.Sed quid dicem⁹
ad auctoritates Cõmẽ.& Ariſt.Dico q᷑ oẽs gloſari debẽt iſta gloſa q᷑
determinatio de abſtractorũ numero eſt diuinæ ſciẽtię ꝓpria:nõ ratione
medij ſed ratione ſubiecti & prędicati.quæ bene ſunt diuinę cõſideratio
nis.vnitas enim & multitudo ſunt de conſequẽtibus ens inquãtum ens:
ſimiliter dicitur ꝓpria metaphyſicæ illa determinatio:quia in metaphiſi
ca pertractatur.Nã ſi bene aduertas in illa demõſtratione ſumuntur mul
tæ ꝓpoſitiones declaratæ in naturali philoſophia:ſicut illa q᷑ vn⁹ mo
tus habet vnũ motorẽ & q᷑ oẽ motũ habet motorẽ:& q᷑ motus æter-
nus habet motorẽ æternũ:ſicut patet p Auer.& philoſophum ibi in tex.
cõ.43.ſimiliter quia ibi ſumit pro conſtanti numerum motuum ab aſtro
logis:ſicut patet infra ibidem tex.cõmẽ.45.hinc eſt quod placuit Ariſt.
D illam materiã pertractare in metaphyſica nõ in naturali philoſophia:nec
in aſtrologia.Sed quia iſtæ duæ ſcientiæ miniſtræ ſunt in hoc caſu meta
phyſicæ:ideo metaphyſicus ab vtroq; parte aliquam accipiens erexit ibi
demõſtrationẽ:& ſic ſibi illam conſiderationẽ appropriauit: præſertim
cũ ſubſtantiæ abſtractæ ſint ſubſtãtia eius ibi:& metaphyſica indiget co
gnitione numeri ſpecierũ ſubiecti ſui:& quia declaratio numeri earũ in
iſtis ſcientijs ſpecialibus non fuit facta:cũ neutra ſine alia ſufficiat: hinc
eſt quod cõuocauit eas in ſciẽtia cõmuni:ſic igitur eſt propria ſciẽtiæ cõ-
muni talis determinatio.ſi enim naturalis iſtum numerũ vellet demõſtra
re via motus:oportet ipſum ſumere numerũ motuũ ab aſtrologo : ſed ad
quã vtilitatem:nõ ad vtilitatem propriã.quid enim naturalis vult face-
re de numero:aut in quo ſibi deſeruit talis numerus abſtractorum.ſi igi-
tur hoc faceret naturalis hoc eſſet ad vtilitatem metaphyſicæ:quæ ſumit
ſubiectum eſſe a naturali philoſophia:& quia ſcientia debet cognoſcere
numerum ſui ſubiecti noluit Ariſto. demonſtrare numerum in naturali
philoſophia:ſed ſolum eſſe:quia eſſe abſtractorum naturalis per medium
propriũ nullo indigẽs auxilio alicui alterius artificis põt demonſtrare.

Numerū aūt non poteſt efficaciter demōſtrare per ſolū motū: ſed indiget alio artifice:ideo numerum voluit demonſtrare in metaphyſica induens habitum vtriuſq;.ſcientia enim ſpecialis debet adiuuare ſpecialem ſcientiam in his:quæ ſunt ſibi propria:ſicut plerumq; mathematicus adiuuat naturalem in naturalibus:vt eſt videre.8.phyſi. commen. 76. Sed velle mathematicum ſeruire naturali non propter ſe:ſed propter diuinum,eſſet multo tedio afficere ipſum. Et ideo ſicut mihi videtur iſta fuit cauſa qđ Ariſtote.voluit iſtam determinationem de numero abſtractorum in ſciētia diuina fieri : quia diuinus indiget cognitione ſui ſubiecti & numeri eius:eſſe autem ſubiecti a ſolo naturali potuit accipere. Non potuit autem numerum accipere a ſolo naturali aliquo manifeſto medio : ipſe;diuinus numerum in metaphyſica a duobus artificibus probatum ſumit. Dixi autem notabiliter manifeſto medio:quia Commentator bene vult naturalem poſſe oſtendere multitudinem abſtractorum:quia in eis eſt natura intellectus poſsibilis:ſed medium iſtud nō eſt ſenſatum:ſed ſatis obſcurum ſicut vides. Et ideo primus magiſter nihil vnquam dixit ſine forti ratione:ſicut dicit Commenta.primo de genera.38.commē. Ne autem videamur dixiſſe iſta gratis volo confirmare iſtam ſententiam auctoritate Auer.primo cæli.commē.90.vbi dicit,quod vnitas mundi poteſt demonſtrari ex duabus ſcientijs,ſcilicet naturali & diuina:& Ariſto.|in illo tex.vult hoc declarare. Et ibi Commen.dicit,quod philoſophus dicit illam rationem diuinam eſſe ad probandum mundum vnum eſſe:quia ſumit quædam quæ ſunt principia in diuina ſcientia:& non ſunt probata in ſcientia diuina:ſed in ſcientia naturali:ſicut quod omne quod non eſt in materia eſt vnum:& quod motus circularis eſt ſine principio & fine:& quod ab vno mouente non eſt niſi vnum motum:quæ omnia probata ſunt in philoſophia:licet ſint etiam ſcripta in metaphyſica.ſicut patet, 12. meta.a.26.vſq; ad.49. Ecce igitur quomodo ſecundum Auer. Ariſtote.quandoq; apellat aliquam conſiderationem diuinam:non quia a medio diuino procedat:ſed quia in diuina ſcientia pertractatur & ſcribitur. Et ſic patet quod ſecundum Auer.ſententiam tenentis ſubſtantias abſtractas eſſe a diuino non poſſe demonſtrari:habemus conſequenter dicere quod nec eas eſſe in tali numero eſt demonſtrabile ab ipſo. Dicere autem illam eſſe concluſionem diuinam & quod eſt medium diuinū ad eam:ignotum tamen nobis eſt loqui ſine ratione:quia vt dicit Commen. in prologo primi phyſi. Ariſto.inuenit iſtas tres ſcientias & compleuit. Contradictionis autem ſedatio ex dictis liquet:& mihi hoc non fuit declaratum:niſi cum maximo labore:& ab alijs nihil inuenimus.

In commen.73.d.Auer.quod in linea recta eſt maxima diſtantia. oppoſitum.5.phy.23.& primo cæli.cōmen.28. Soluitur. eſt breuiſsima quæ poſsit cadere inter duo extrema in actu.inter enim duo puncta diſtātia nulla breuior linea poteſt cadere quā linea recta.tñ eſt longiſsima:qa maxima remotio non inuenitur:niſi in recto inquātum rectū. vnde linea imaginata a centro terræ vſq; ad connexum ſupremæ ſpheræ eſt longiſſimæ diſtantiæ poſsibilis in natura. Cōm̄.73. 11

In.77.cō.dixit dēſari & rareſieri motus locales. Oppoſitū.7.phy.cōmē.15.vbi habet ꝙ ſunt quales per cōſequens alterationes. Ibi ſoluit:qa loquit ſcđm antiquos,vide l.4.phy.ſup cō,84.qa ibi dixi ſatis diffuſe. Com.77. 12

Cõmẽ.78. Commen.78.d.Finitatem eſſe ex parte materiæ non ex parte formę.
13 oppoſitum dicit.3.phy.cõ.60.Soluitur.hic loquitur de finitate actio/nis & durationis.ibi loquitur de finitate quæ eſt rei actualitas & intrin/ſeca perfectio ac terminatio.vnde Commen.8.phy.commen.83.dicit ꝙ cauſa propter quam motores moti fatigantur eſt: quia ſunt in materia. finitas igitur actionis eſt materia. Et ideo qui tenent in animali a prin/cipio vite vſqꝫ ad vltimum eſſe aliquam vnam actionem numero conti/nuam: ſatis errant. Nam ſi qua eſſet maxime eſſet actio vitalis: quæ eſt motus cordis: & manifeſtum eſt quod illa non eſt continua: quia inter oppoſitos motus neceſſario cadit quies media: ſicut demonſtrauit Ari/ſto.in.8.phyſi.

Deo laus & virgini.

Concordantiæ Auerrois ſuper primo Cæli.

Cõmen.2. SVPER primo libro cæli. Commẽta.com.2.habet ꝙ
1 Ariſto.conſueuit poſt rationes certas adducere famoſas: oppoſitum huius inuenimus.3.metaphy.commẽ.primo.
A Soluitur vtrumqꝫ. eſt verum in diuerſis caſibus: pro quo debes ſcire quod ſermones probabiles dupliciter poſſunt vſitari vel ad exercitandum intellectum vel ad confirmandum: quando autem vſitantur propter pri/mam intentionem debent præmitti ſermones dialectici demonſtrati/uis. Et hoc adiuuat opinionem Ioannis grammatici volentis librum Topicorum via doctrinæ præcedere librum poſteriorum analeticorũ: ſicut præexercitamentum intellectus. Ad hoc quod intellectus facilius aſſueſcat demonſtratiuis propoſitionibus & neceſſarijs. Quãdo autem dialectici ſermones inducuntur ad confirmandum: tunc debent ſequi ſermones demonſtratiuos. iſtam ſolutionem nos docuit Auer. primo cæli.commen.85.& tu vide ibi.

Cõmẽ.47. In commen.47.primi de cælo. videtur concedere corpus infinitũ ex
2 vna parte tantum.ſed oppoſitum habet.3.phy.commen.43. Reſponde/tur quod non poteſt imaginari corpus infinitum ſecundum vnam dimẽ ſionem tantum: & non ſecundum aliam ſine implicatione contradictio/nis: quia vt.d.philoſophus & Cõmenta.3.phy.tex.commẽ.43.Corpus eſt illud quod habet dimenſionem in omnibus partibus.infinitum autẽ eſt illud quod habet dimenſiones infinitas: ideo ſequitur vt corpus infi/nitum ſit infinitum in omnibus partibus. Et hoc eſt ratiõabile: vt.d.ibi Commẽta.quia quãdo aliquid fuerit compoſitũ ex duobus: neceſſe eſt, vt diffinitio illius compoſiti compoſita ſit ex diffinitionibus illorum
B duorum. Et ideo multi caſus calculatorum: immo intricatorum impli/cant contradictionem imaginando corpus infinitum ex vna parte tantũ & non ex alia: patet enim ꝙ non eſſet corpus infinitum: vt deduximus: & iſta etiã eſt ratio Philoſophi ibi in litera: quod aũt adducitur in op/poſitum dictum eius primo cæli.cõ.47.dicitur ꝙ ipſe nõ expreſſit da/ri corpus infinitum ex vna parte tantum: & non ex alia: ſed ibi imaginatꝰ ꝙ a corpore infinito extrahatur aliqua grauitas finita. Et Cõmen.d.ꝙ illud eſt poſſibile in quolibet infinito, videlicet quod ex eo poſſit ex/trahi aliqua pars finita ſiue illud ſit infinitum in vna parte ſiue in omni/bus: ecce quod non loquiť de corpore infinito: ſed de infinito abſolute: ſi etiam

ſi etiam de corpore loqueretur; patet quod ſub conditione loquitur:&
non aſſueuerat dari corpus infinitum in vna parte tantum:ſicut ſibi con
tradicens opponebat.

In cõmen.54.corpora ſimplicia ſunt tantũ tria:oppoſitum dixit pri-
mo cæli cõmen.20.vbi habet quod ſunt quatuor.Soluitur:ſunt tria ſic Cõm.54.
ſumendo ſcilicet leue & graue:& neutrũ valet quod non eſt graue neq; 3
leue:ſicut eſt cælum ſunt autem quatuor diuidendo graue in graue ſim- C
pliciter,& illud eſt terra:& in graue in reſpectu,& illud eſt aqua:ſimili-
ter leue diuiditur in leue,ſimpliciter,& illud eſt ignis:& in leue in reſpe-
ctu,& illud eſt aer.Et ſic ſecluſo neutro corpore ſubdiuiſis illis duobus
primis membris prioris diuiſionis eo modo quo diximus corpora ſim-
plicia quatuor ſunt.Si vero iſtis diuiſionibus ſuperaddatur corpus neu
trum:tunc corpora ſimplicia ſunt quinq;:& ideo non inconuenit ſecun-
dum diuerſas conſiderationes ſimplicia corpora:& tria eſſe & quatuor:
& etiã quinq;:vnde & cęlum quintũ corpus plerũq; dici conſueuit.

In commẽ.92.Cõmenta.ſibiipſi videtur eſſe contrarius.Nam in vna Cõmẽ.92.
parte dicit inductionẽ ſumere omnia ſingularia:in alia parte negat illud. 4
Soluitur per Auer.in ſecundo priorũ.cõmen.23. vbi habetur diſtinctio
de multiplici inductione:inductio enim demonſtratiua:quia fit in mate-
ria venatur in qua tantum valet particularis quãtum vniuerſalis ſumit
omnia particularia ſecundũ rem virtute alicuius medij de foris appoſiti
quod eſt nobis notius quã concluſio.Verbi gratia,quod in his quę ſunt
per ſe & vnius ſpeciei quicquid competit vni per ſe:competit illud &
omnibus.2.cæli.cõment.59.Sed in materia probabili in qua fit indu-
ctio dialectica:iſtud non fit:vnde illa ſumit omnia in opinione.Sophiſti-
ca autem inductio ſumit omnia in apparentia:ſolum igitur demonſtrati
ua inductio ſumit omnia ſecundum rem:nec eſt petitio principij in ea ra
tione medij extrinſecus concurrentis:ſic igitur diſtinguendo concilia-
bis Auerroim ſibiipſi.

Contradictio eſt de opinione Anaxa.de generatione mundi in cõmẽ. Cõmẽ.102.
102.ex vna parte:& in cõmen.32.primi phyſi.ex alia parte:de hac tamẽ 5
primo phyſi.32.diximus.Et tu illuc properabis.

In cõ.107.dicit Empedo.dixiſſe amicitiam eſſe cauſam generationis Com.107.
mundi:& litem eſſe cauſam corruptionis:huius oppoſitũ dicit Cõmenta- 6
tor.8.phyſico.commen.2.niſi eſſet vt dicit Commentator.8.phyſico.
cõmen.allegato Empedo.in microcoſmo aliter ſenſit:& in magno mun D
do:quia voluit parui mundi generationem:ſicut eſt homo vel aliquod
tale generationem fieri per amicitiam conciliantem elementa ad mix-
tionem:eorum autem ſegregatio per litem facta erat cauſa corruptionis
mixti & parui mũdi.Sed mũdus magnus oppoſito modo ſecũdũ ipſum
ſe habet:quia generatio eius erat per litem:nam conſiſtẽtia mundi huius
in ordine & diſtinctione cõſiſtit:vnde ſi elementa ſimul confuſa eſſent
vtiq; mũdus iſte corrũperetur.Generatio igitur eius fit ſecundũ litẽ.Et
eius corruptio ſecũdũ amicitiã.Et iſtud videtur rationabile ſecũdũ illã
viã.Et ideo mirũ eſt quomodo Cõ.hic oppoſitũ dicat:quia ibi loquitur
de generatione mũdi vniuerſalis & corruptione:forte cõmẽtũ eſt corru-
ptũ:aut quia peccauit per inaduertẽtiã:aut forte verũq; eſt probabile Emp.
dixiſſe ſecundum diuerſos modos declarandi.Elemẽta enim aliquam amicitiã

habet:vt ſunt partes vniuerſi.vnde & Plato dixit ea numeris ligata eſſe. Et ideo cõſidera.quia vt dicit Cõmẽ.primo de anima cõ. 26.hodie vni uerſaliter opiniões antiquorũ nõ ſunt notæ nobis:quia nõ ſunt famoſę.

Cõmẽ.119. 7 In commento. 119. habet Commenta.quod potentiæ oppoſitæ non ſunt in eodem:vide oppoſitum.4.metaphyſicæ. text.commento. 20. & 9.metaphyſicæ.10.19.&.17.

Soluitur potentia ad contraria recipienda duplex.vna eſt potentia ſi multatis.alia eſt ſimultas potentiæ.primum reſpicit formam. ſecundum reſpicit ſubiectum.Tunc dico quod in eodem non ſunt potentiæ,ad cõ traria ſimul:quia tunc contraria ſimul poſſunt eſſe in eodem: quod falſum eſt,& non intelligibile:quia tunc cõtraria eſſent ſimul in eodem:& ſic loquitur Commen.hic.Sed ſimultas potentiæ ad oppoſita bene ſtat in eodem:quia eadem eſt potentia contrariorum.

Concordantiæ Auerrois ſuper ſecundo Cæli.

Cõment.3. 8 Inquit Cõmẽ.cõmẽ.3.ſuper.ij.cæli.q̃ motus cęli nõ eſt a natura. Oppoſitũ primo cæli cõmen.5.&.ij.phy.primo,&.3.Soluitur.nõ eſt a natura:ſicut motus elementorum:eſt tamen bene a natura analogice dicta de ſuperioribus & inferioribus:primo modo intellexit hic:vt ipſe dicit in litera.Secundo autem modo in alijs locis: vide quæ ſcripſi ſuper commẽ.primo ſecũdi phyſi.ſuperius:vbi cõſimile ſolutum fuit: non enim inconuenit eadem repetere: vt talia melius memorentur ſicut plerũꝗ Philoſophus facit in problematibus & in alijs locis.

Cõmen. 6. 9 E In cõmẽ.6.ſcribit Cõmentator q̃ Ariſt.contradicit illis qui tenent quod anima cæli eſt cauſa permanentiæ.Ergo contradicit etiã ſibi:quia ipſe.2.cap.de ſubſtãtia orbis.tenet q̃ intelligentia quæ eſt anima cæli dat ſibi permanentiã æternam & motũ æternũ. Soluitur. contradicit Philoſophus antiquis ponẽtibus motũ corporis cæleſtis cõtrariari motui animæ:& anima erat cauſa permanentiæ ſicut dicit Commẽ.Sed nõ ſic poſuit Auer.quia ipſe nõ tenet cælũ contrariari intelligentiæ: immo eſt tanta connexio inter orbẽ & intelligentiã:quod ad ſimplicẽ apprehẽ ſionẽ & deſiderium mouẽtis principij orbis ille mouetur:ſicut enim videmus in rebus iſtis materialibus in quibus forma dominatur materiæ: materia obedit formæ:multomagis hoc deberemus imaginari de puro intellectu intelligentiæ reſpectu orbis eius.Et ideo nulla eſt ibi concatenatio:nullus eſt ibi clauus:nulla ligatura vel inſtrumentũ: quo mediante intelligentia moueat orbem:ſed per intelligere & velle tantum mouet:ſed moderni quorum imaginatio non tranſcendit ſenſum: non pertingunt ad iſta.Et ideo dixerunt eam vniri orbi formaliter: ſicut forma vnitur materiæ,& totum hoc eſt abſurdum: & manifeſti erroris: ſicut probatum eſt alibi a nobis.

Cõmẽ. 16. 10 In cõ.16.vbi quærit an cælũ nobilius eſſe habeat in polo artico quã antartico dicit q̃ intellectus humanus nõ poteſt cõprehendere verificationẽ iſtius operationis:huius tamẽ oppoſitum tenet.3.de anima.36.vbi ponit intellectum adeptũ nõ acquiri homini:niſi poſt cognitionẽ omniũ rerum. Soluitur ſi.non poteſt:non arguit ſecundum ipſum impoſſibilitatem. Sed arguit difficultatem:ſicut in ſimili ipſe gloſat exemplum philoſophi de oculo nicticoracis reſpectu lucis diei.ij.met.com.primo, vnde ipſe tenuit nihil eſſe naturaliter ignotum, 2. phyſi.47. verũ autem

idem

idem homo omnia poſsit cognoſcere: pulchrum eſſet videre in via eius.
Et Ariſt. ſed hoc ad alium locum differatur.

In cõmen. 33. ſecũdi de cælo: & 34. tenet nullã eſſe omnino poſsibili
tatẽ in ente æterno. Huius tamen oppoſitũ inuenimus in dictis ſuis. 3. de Cõmen. 33.
anima cõmen. 5. in ſolutione tertiæ quæſtionis, vbi habet quod ſola pri 11
ma intelligentia liberata eſt a potentialitate. Soluitur poſsibilitas du/ F
plex: ſecundũ rem & ſecundũ rationẽ. Prima importat poſitiuũ aliquid
quod capax ſit formæ & perfectionis. Secũda nihil poſitiuũ dicit: ſed ſo
lum dicit nõ repugnantiã ad vlteriorẽ perfectionẽ quæ nõ repugnantia
eſt ens rationis: de prima loquitur hic. Nam philoſophi non poſuerunt
in æternis poſſe ab eſſe differre. 3. phyſi. tex. cõ. 32. Secundã autẽ poſsibi
litatẽ conceſſerũt in omnibus intelligentijs: & vniuerſaliter in omnibus
entibus citra primũ: vnde. 5. meta. cõ. 15. Dicit ſolus deus eſt ens ſimpli/
citer perfectũ. Alia autẽ entia ſunt deriuatæ ſimilitudines ipſius deficien
tes a perfectione illa ſimpliciter ſecundũ ordinẽ tamẽ: vnde in aliquibus
perfectio illa participatur vt forma: in aliquibus vt imago: in aliquibus
vt obſcura quædã reſonãtia: ſicut dicit Plato. Et ideo ſecunda intelligẽ
tia eſt aliquãta perfectio: quæ eminẽter cõtinetur in deo; qui eſt ens per
eſſentiã: & quia ipſa deficit a plenitudine perfectionis: quæ ſibi nõ repu
gnat in ratione entis: ſicut talpę nõ repugnat viſio inquantũ animal, ſic
& ipſa ſecunda intelligẽtia: quæ eſt aliquod ens: non repugnat ſibi quod
ſit eſſentia ſub ratione qua ens. Et ideo priuata eſt ſub ratione generis:
nõ tamen ſub ratione ſpeciei: ſed vt ſic quicquid poteſt habere ab æter/
no habet ſecundũ viã philoſophorũ. Et ideo opinio ſubtilis doctoris in
octaua diſtin. primi. q. 2. tenẽtis quodlibet ens circa deũ compoſitũ eſſe
ex actu & potentia ſicut poſitiuo & priuatiuo: eſt magis conſona Auer.
quam via ſancti doctoris tenentis quodlibet citra deũ compoſitum eſſe
ex actu & potentia tanquã ex poſitiuo & poſitiuo.

In cõmen. 37. ſecundi de cælo dicit Cõmen. quod intelligẽtiæ habẽt Cõmẽ. 37.
ſolicitudinẽ erga nos. Huius oppoſitũ habet. 12. meta. 51. Soluitur ſe 12
cundũ ipſum. 12. meta. commẽ. 37. Sermo dicens deũ ſolicitari de iſtis: G
quæ ſunt hic quoquo modo verus eſt: & quoquo modo falſus: nã ſecun
dũ ſpeciẽ ſolicitus eſt: nõ autẽ ſecundũ indiuiduũ hoc idẽ videtur ſenti/
re ibidẽ in cõmẽ. 52. & ſecũdo de anima cõ. 34. Et videtur colligi poſſe
etiã de intẽtione philoſophi in proœmio metaphyſicæ tenentis ſapiẽtis
eſſe omnia cognoſcere vt cõtingit. Secundũ autẽ indiuiduũ iſta non co
gnoſcit: vñ Cõ. ſup cõ. libri de diuinatiõe dicit ꝙ in prima philoſophia
eſt declaratũ ꝙ intelligentię abſtractę intelligũtq naturas vniuerſales: &
nõ habẽt virtutẽ cõprehẽdẽtẽ intẽtionẽ ꝑticularẽ. Et ſubdit qđ ſi intel
ligerent indiuiduum: tunc neceſſario eſſent materiales: pro quo debes ſci
re ꝙ cognitio ſingularis materialis ſcđm peripatheticos repugnat intel
lectui: vñ itellect⁹: eſt nõ ex ꝑte qua ſingulare eſt: ſed ex parte qua mate
riale. Nã cum eſſentia diuina ſit ſingulariſsima & actualiſsima nõ poſ/
ſet intelligi ab intellectu diuino: ſi ſingularitas obiecti abſolute repu/
gnaret intellectioni: dixerunt ergo iſtã repugnãtiam eſſe ex parte mate/
riæ: quæ habet oppoſitum & diuerſum modũ receptionis ab eo quod ha
bet intellectus. Et ideo poſuerunt nullũ intellectum omnino a materia
ſeparatum aliquod iſtorũ: quæ ſunt hic intelligere: vnde nec intellectus

Cõmẽ. 51. 6 B In cõmen.51.dicit Cõmen.quod cauſa propter quam cælum moueri melius ſit q̃ vt quieſcat:& quod circulo moueatur melius ſit q̃ motu recto primæ philoſophiæ eſt.Sed oppoſitum ſecundi patet primo cæli.tex.cõmen.12. Soluitur:quid inconuenit idem ingredi diuerſas ſciẽtias ſpeculatiuas ſecundũ diuerſas cõſiderationes:certe nihil:patet ſecũdo phyſi.cõmẽ.71.Dico quod principia ſenſibiliũ a diuino conſiderantur & cauſæ:ſed altiori modo quã ſit modus naturalis: vnde quare aliquid melioris rationem habeat hoc poteſt conſiderari ab artifice conſiderante finem:& precipue primum finem qui eſt ratio bonitatis in omnibus:talis autem a diuino conſideratur:naturalis autem aſsignat iſtorum rationes ſenſibiles & exiſtentes in motu:vide ergo bene & conſidera dicta Cõmenta.12.meta.commen.primo.5.6.&.9.vide Commẽ.5. &.9. ſeptimi meta.cõmẽ.3.tertij meta.& ſic intelliges quod diximus tibi:ſufficit nobis loca tibi oſtendere,non oportet omnia ſcribere breuitati indulgere volumus.

Motus

Motus ſenſationis finis eius eſt in anima:& principium eius eſt ab ex Cōmē.64.
tra.oppoſitū patet cōmen.3.huius primi de anima. Soluitur:hic com/ 7
parat ſenſationes animæ eiuſdē rationis:nam ſenſationes interiores quæ G
dam rectæ fiunt:& quædā reflexæ:vnde prima incipit ab obiecto & ter/
minantur vltimate in vltima virtute ſenſitiua quæ eſt memoria deueniē/
do per ſenſus extrinſecos & intrinſecos tanquā per media:ſed ſunt quæ
dam quæ reflexo gradu ac retrogradu procedunt. Et iſtę incipiūt ab ani
ma & terminātur ad extra intantū qꝺ vt dicit Cōmentator in.3.colliget
cap.38.ex hoc poteſt reddi ratio viſionū quæ contingunt melancholicis
& mulieribus dicētibus ſe videre mortuos aut dęmones:aut aliquid hu
iuſmodi:ſed hoc dixit ipſe:quia nō credidit deo:nec veritati ſit maledi/
ctus:quia etiam veræ viſiones angelorum fuerunt nō tantū imaginariæ:
licet hoc quādoqꝫ poſsit eſſe ex ſola imaginatione & defluxu idoli for/
mati vſqꝫ ad exteriorem ſenſum:ſic igitur intelligitur dictum eius hic:
ſed in cōmen.3.primi huius cōparauit ſenſationes diuerſarū rationum:
quarū quędam magis tenent ſe ex parte corporis:ſicut ſonus & ſenſatio
quæ in ſomno fit:iſta enim accidentia ligant animā:& ideo terminatur
ad ipſam:quia a re corporali effumante cauſatur ſomnus:& ligamentum
fit in ſenſu communi:ſimiliter motus ille eſt a circunferentia ad centrū:
vigilia autem eſt accidens formalius,& ideo tenet ſe magis ex parte ani
mæ:quia eſt ſolutio ligamentorum:& eſt ratio propter quam anima ope
ratur:& in ea fit motus de centro ad circunferentiam. Et ideo dicit Cō
mentator quod ſenſus & imaginatio quæ in vigilia fiūt incipitur ab ani
ma,& redundat in corpus.

In.69.ſcribit ibi Cōmē.quod ſi in aliquo corpore ſola quātitas re/ Cōmē.69.
maneat poſsibile eſt ibi imaginari mouens & motum. Huius oppoſitū 8
ſequitur ex dictis ſuis.4.phy.cō.71.ibi enim dicit quod elementa poſi/ D
ta in vacuo non poſſent moueri.& tamen in caſu ibi eſſet quantitas.

Soluitur,dico quod dictū ſuū hic ſequitur ad hominē: nā illi contra
quod arguit dicebant quod puncta illa erant corpora:& cū non ſint ele/
menta ſequitur quod eſſent ex elementis cauſata:talia autē bene poſſunt
imaginari poſſe remoueri ſola quātitate remanente:cū habeant intrinſe/
cam reſiſtentiam.Motus etiā imaginarius eſt res ampla ſatis:dicūt enim
mathematici punctū ex ſui fluxu cauſare lineam. Et fluxus lineæ cauſat
ſuperficiem & ſuperficies fluens cauſat corpus:omnia autem iſta ad ima
ginationem vera ſunt:non autem ſecundum rem ipſam.

In cō.73.dicitur:qꝺ impoſsibile eſt vt ſubſtātia ſit elementū aliorū Cōmē.78.
oppoſitum.12.meta.22.fulcitur etiam hoc idem.4.meta.com.2. vbi di/ 9
citur ſubſtantiā eſſe cauſam omnium non ſecundum agens & finem: ſed E
ſecundum ſubiectum. Soluitur, principia duplicia propinqua & re/
mota:principia remota poſſunt eſſe eadē reſpectu oīm prædicamentorū,
ſed principia propinqua minime.gloſa eſt Auer.cōmen.22.iam allegato
in.12.meta.hic autē loquitur Commen.de principijs propinquis: quan/
do dixit quod ſubſtātia non eſt elementū aliorū:& reddens cauſam ſub
dit dicens:principia enim non ſubſtantiæ ſunt non ſubſtantiæ.

Concordantiæ Auerrois ſuper ſecundo de Anima.

In ſecundo de anima cō.ij.dicitur qꝺ per formā indiuiduū fit
hoc. Oppoſitum apparet.12.meta.14.& primo cæ

li.92.& primo meta.cõ.40.vbi patet qđ per materiã. Soluitur,a for/
ma indiuiduali habetur principaliter indiuiduum hoc qđ eſt.Et eſt iſta
ſententia eius manifeſte.7.meta.cõmen.5.vbi dicit qđ philoſophus lo/
quitur de principio indiuidui:& dicit qđ talis eſt ſubſtantia quæ eſt for
ma:& per illam ſubſtantiæ demonſtratæ ſunt ſubſtantiæ & vnum.Ma/
teria etiam concurrit:tamen minus principaliter qñ forma. Accedit ad
hoc qđ vt declaraui prolixe in quæſtione mea de principio indiuidua/
tionis:alia eſt indiuiſio entitatiua:& alia quantitatiua:vnde entitatiuam
indiuiſionem principaliter habet a forma:quãtitatiuã autẽ appropriate
videtur habere a materia cum quantitas videatur materiã conſequi: ſed
Cõment. 3. de his latius dictum eſt a nobis in quæſtione illa:& illic vide.

1 In cõmen.3.non dicitur mortuũ:niſi animal quod caret principio nu
B trimenti & ſenſus inſimul non principio ſenſus & motus tantũ.Sed op/
poſitum videtur primo de anima cõmen.vltimo:vbi dicit quod nõ dici
tur mortuum:niſi animal quod caret principio,id eſt,vita: nõ principio
ſenſus & motus inſimul.In vno enim loco vult ex ſola carentia vitæ
ſcilicet vegetabilis animal mortuum dici. In alio vero ex carentia vitæ
& ſenſus inſimul. Soluitur,quod hic loquitur ſecundum ſuum idio/
ma:quia dicit in arabico &c.ſed primo de anima ſecundum idioma græ
corum qui volunt mortem eſſe carentiam nutritiuæ animæ: vnde & in
plantis mors reperitur.

Cõment. 3. In eodẽ cõmẽ.3.ponderat Cõmentator:quare philoſophus dixit qđ
2 corpora viua habent principiũ eſſentialiter ſe augẽdi:dicit qđ illud di/
F xit:propter aliqua quæ non ſunt viua:& in talibus videtur eſſe aliquid
ſimile augmento:ſicut eſt lapis de quo etiam patet primo cæli. com. 22.
& primo de generatione.38.videtur igitur Commentator velle aliquid
eſſe quod habeat principium eſſentialiter ſe augẽdi. Sed huius oppoſitũ
patet infra:in tex.cõ.39.primi huius vbi habetur qđ nihil augetur eſſen
tialiter ex ſe. Soluitur,qđ ibi intelligitur qđ nihil augetur eſſentiali/
ter,id eſt,ſine alio motu pręcedente:quia augmentatio debetur partibus
per alterationẽ & motũ pręcedentẽ toti vero attribuiť ratione partiũ:&
hoc fuit latis Ari.cõtra Platonẽ ibi ꝙ anima nõ eſt prio mota in augmẽ
to a ſeipſa.In hoc vero loco intẽdit qđ corpora viuẽtia habẽt principiũ
eſſentiale,id eſt,intrinſecũ per ꝙ augenť:& ſic ſedať diſcholia hic & ibi.

Cõment. 4. In cõmen.4.ſecundi huius dicit Cõmẽtator ſubiectũ accidentis eſſe
3 ens in actu.Huius tamẽ oppoſitum ſentit ipſe primo capitu.de ſubſtãtia
orbis:qui ponit dimenſiones interminatas fundari in materia prima:quę
eſt ens in pura potentia.Dicendũ qđ aliqui ex iſta auctoritate moti po/
nere conati ſunt de intẽtione Auer.formã corporeitatis,ſubſtãtialẽ ma/
teriæ primæ coæternã:quia volũt ſubiectũ cuiuſlibet accidentis eſſe ens
in actu.Et iſta poſitio bene fuit Aui.vnde Cõmen.4.cæli.cõment. 40.
expreſſe habet iſta verba:& ſimiliter eſt de tribus dimẽſionibꝰ cũ prima
materia ſcilicet qđ ſunt primæ formarũ exiſtẽtium in ea in actu.Et ideo
putauerunt quidã qđ corporeitas eſt ſubſtãtia. Ecce qđ ex intentione
aliorũ Cõmentator dicit primã formã materiæ eſſe corporeitatẽ ſubſtã
tialẽ:ſed ſecũdũ ipſum prima forma eſt corporeitas quæ eſt trina dimen
ſio.Dicamus igitur qđ accidẽtia duplicia ſunt terminata & intermina/
ta:tũc dico qđ dictũ Auer.hic habet locũ determinatis.; Dictũ vero ſuũ

in primo

in primo cap.de ſubſtantia orbis. eſt de interminatis: conueniens enim eſſet ꝙ terminata non habeant conſimile ſubiectum quale habēt interminata:niſi actus fieret potentia,& forma eſſet materia:quod impoſsibile eſt.Nam terminatio inſequitur formam & actum.7.n et. 49. ſed interminatio potentiam & materiam. Sed magnificētia tua fecit replicā ſubtilē meo iudicio hic:quia tūc ſaltē forma ſubſtātialis nō differret ab accidētib⁹ interminatis:quia ſicut ſubiectū formæ ſubſtātialis eſt ens in potētia:ita per te accidentiū interminatorū eſt ens in potētia. Et ſic differētia quā ponit Cōmē.inter formā ſubſtantialē & accidentalē eſt vniuerſaliter vera tam de accidentib⁹ terminatis ꝙ de accidētib⁹ potētialib⁹ & interminatis. Soluitur.nā Auer. nō ſolū ponit differētiā inter formā ſubſtantialē & accidentalē penes hoc verūetiā penes aliud quod eſt ꝙ forma ſubſtātialis eſt pars ſubſtātiæ:nō aūt forma accidētalis:per fundari igiť in ſubiecto quod eſt pura potētia diſtinguiť ab accidentibus terminatis forma ſubſtantialis.& per eſſe partē ſubſtantiæ,vniuerſaliter ab omnibus diſtinguitur ſiue terminata:ſiue interminata fuerint. H I

In cō.7.ſecūdi huius.d.Cōmēta.ꝙ ens & vnū per prius de forma dicit,ꝙ de cōgregato.Hui⁹ oppoſitū dixit ſupra cō.3. Soluiť. cōpoſita ſunt magis entia ſecundū famoſitatē:quia omnibus nota ſunt.ſed ſecundum veritatē forma eſt per prius ens & vnū ꝙ cōpoſitū.7.met.tex. cōmen.7.nec videať tibi hoc mirabile:quia in ſimili Cōmēta.2.meta. cōmen.16.dicit.ꝙ iſta inferiora ſunt magis naturalia ſecundū famoſitatē: cum tamen clarum ſit ꝙ ſecundū naturā ſuperiora ſint naturalia magis. Cōmen.7. 4

In eodē cō.7.ſcribiť ꝙ nō eſt dubiū quomodo ex anima & corpore fiat vnū.Sed oppoſitū fuit per tex.cō.92.vbi cōtra Platonē fuit dubitatum quomodo ex anima & corpore vnū fiat. Soluitur. dubiū eſſet quomodo ex anima & corpore vnum fiat:ſi animę plures eſſent in eodem diſtinctę loco & ſubiecto:ſicut imponitur Platoni. Dubium iterū eſſet ſi anima ipſa eſſet corpus:ſed apud tenentem animā eſſe formā non compoſitā ex materia & forma,& per conſequens actū:& tenendo corpus eſſe potentiā nullū eſt dubiū quomodo ex materia & forma vnum fiat:quia hoc eſt:quia hoc actus:illud vero potentia.8.met.tex.com.15. Cōmen.7. 5 L

In commen.8.ſcribit Commentator quod cū auferuntur formæ naturales auferuntur materiæ.Oppoſitū primo phy.82. vbi dicitur quod eſt æterna & non deſtruitur deſtructis formis:quarū nulla eſt ibi perpetua de ſubſtantialibus loquendo. Soluitur:intelligitur de materia ſecunda quæ rectius ſubiectū ꝙ materia dicitur:talis enim eſt habens formam:& ideo talis nō eſt natura,ſed habēs naturā.2.phy.com. 10. materia autem prima quæ vere materia dicitur nō corrumpiť corruptis formis particularibus:quia non dependet ineſſe ab hac forma vel illa:ſed a forma ſecundū ſpeciem ſucceſsiue in ea ſuccedente:ſemper enim fiat cū aliqua:& ſi eſſet ſine omni forma:tunc non ens actu eſſet ens actu ſecundum viam eius.7.phy.com.12.vnde.12.meta.com.14. materia ab omni forma ſeparata non eſt ens extra animam:ſed eſt ens rationis. Cōmen.8. 6 M

Ibidem dicit Commentator quod nomen in rebus artificialis primo dicitur de materia:ſecundo de congregato ex materia & forma.Oppoſitum huius habetur.5.meta.commen.14.contra Auic.vbi vult ꝙ denominatiua per prius ſignificant formas: & ſecundario ſubiectum. Cuius Commē. 8. 7

oppoſitū

oppoſitum Auicẽ.dicebat.Aliqui dixerunt ſuper hoc ꝙ ibi loquitur de prima ſignificatiõe ex primo modo ſignificandi:vnde concretũ acciden tale ex primo modo ſignificandi importat formã: ex ſecundo modo ſignificãdi importat ſubiectum:& hic loquitur de primo ſignificato:quia primũ ſignificatũ eſt congregatũ vel ipſum ſubiectũ: iſtam ſolutionẽ nõ intelligo:quia nõ eſt modus ſignificandi: niſi reſpectu rei ſignificate.Et ideo reſpõſio iſta ſeipſam interimit:ſicut vides: quia nihil diuerſum.d. niſi quãtum ad verba.Ioãnes autem de landuno multa etiam dicit in.5. met. quæ quia cõfuſa & ſine fundamento ex maiori ſui parte dicuntur: omitto.dico ꝙ ſi volumus videre quid nomẽ ſignificet:oportet nos cognoſcere actum & diſtinctionem actus.Nã vt ſcribitur.9.meta.tex.cõmen.7.venit autem actus nomen qui ad endelechiam compoſitus & ad alia ex motibus maxime.&.8.me.commẽ.7.nomẽ imponitur rei ſecũdum ꝙ eſt in actu.Actus autem duplex eſt:accidentalis & ſubſtantialis. primus dat eſſe ſimpliciter.ſecundus dat eſſe ſecundũ quid.Accidẽtalis iterum duplex.quidam a natura inductus:& quidam ab arte:nã ſecundũ Auer.2.phyſi.13.omnes formæ artificiales ſunt accidentia in rebus igitur compoſitis ex materia & forma ſubſtantiali: nomẽ primo ſignificat formã ſubſtantialẽ per quã compoſitũ eſt in actu ſimpliciter : ſecũdario autẽ ſignificat cõpoſitũ.Nomina aũt compoſitorũ ex materia & forma accidẽtali a natura producta videntur primo ſignificare formã: ſecũdario materiã:quia talia cõpoſita:vt ſic nõ habent eſſe:niſi per formã accidentalẽ:nã licet ſortes ſimpliciter habeat eſſe per formã ſubſtantialem: tamẽ eſſe albũ habet ab albedine quæ eſt actus ſecundũ quid perficiens. Et ideo noĩa denominatiua taliũ accidentiũ cũ importent talẽ compoſitionem ex ſubiecto & accidente:ſicut patet primo phyſi. cõ.25.album ſignificat albedinẽ & recipiẽs albedinem : ideo primo ſignificat albedinem:ſecundario ſubiectũ.ſicut patet contra Auicẽ.5.me.in cõ.15.ſed in nominibus rerum artificialium dubiũ eſt quid primo ſignificẽt talia nomina.Nam ſi hoc fundamentum imitari voluerimus ꝙ nomen imponitur rei ſecundũ ꝙ eſt in actu:videtur ꝙ nomina artificialium primo importent formã:& ſecũdario materiã.Nã ſicut ſcribit Commẽ.in.2.phyſi.ſuper tex.cõ.13.vbi habet ꝙ formæ artificiales:licet ſint accidẽtia in corporibus naturalibus:tamen conſtituunt res artificiales ſecundum ꝙ ſunt artificiales:quemadmodũ formæ naturales conſtituunt res naturales:& ſubdit.Si igitur naturalia ſunt ſubſtãtiæ:neceſſe eſt vt formæ naturales ſint ſubſtãtiæ quẽadmodũ artificialia ſecũdũ ꝙ artificialia ſunt accidẽtia:ideo formæ artificiales ſunt accidentia. & hoc apud me concludit:quicquid dicãt alij.dico de intentiõe Auer.artificiale duobꝰ modis concipi poſſe:vno modo vt eſt indiuiduũ ſubſtãtiæ:& vt habet eſſe in actu ſimpliciter & abſolute:nã hoc nomẽ ſcamnũ videtur importare ex cõmuni hominũ acceptione aliquid in actu:ſicut hoc nomẽ lignũ & lapis.alio modo poteſt ſumi ſcamnũ:vt eſt res artis:& primo quidẽ modo loquitur Commẽ.2.de anima.cõ.8.qñ.d.ꝙ nomina rerum artificialiũ primo ſignificant materiã: & ſecundario formã artificialẽ: nam talia actualitatẽ habent de ſe vt quod: licet vt quo ratione formæ ſubſtãtialis:& quia tale indiuiduũ ſubſtãtiæ cõparatur ad formã artificialem: vt materia ad actũ : quia formæ artis fundãtur in compoſito ex materia & forma

forma a natura producto:ideo noīa taliū artificialiū vt ſunt noīa indiui duorū ſubſtātiæ primo ſignificāt ſubſtantiā ꝙ accidēs:quia per ſubſtan tiā talia ſunt in actu ſimpliciter:nō per accidēs. ſed ſi talia noīa ſumant vt ſunt noīa rerū artis:quia vt ſic quidditatiue ſunt accidētia: ſic alia pri mo ſignificāt formā a qua habēt tale eſſe ſecundū quidꝙ ſubſtantiā:nō enim video quomodo formæ artificiales cū ſint de quiditate rerū artifi ciaiū quare ergo nō importabūt primo eas:& dictū Auer.nō cōtradicit huic ſentētiæ ſi bene aduertis.Nam hic dicit. in rebus igitur artificiali bus ſignificat nomen indiuiduū ſubſtantię ſecundū ſuā primā ſignifica tionē quia ſignificat materiā:& in rebus naturalibꝰ demonſtrat ipm ſe cūdū ſuā primā ſignificationē:qm̄ ſignificat formā:ecce ꝙ cōſiderat no men rei artificialis:vt eſt indiuiduum ſubſtātiæ:cui forma artis inhęret: & iſta & ſincera veritas:nec aliter dicere poſſet ipſe Auer.ſi vult a con tradictione remoueri:etiam ſi ab inferis reuiuiſceret. Dicta autem mo dernorum hic nullam prorſus vim habent:ſicut tu poteris ex dictis no ſtris iudicare.Rectū enim eſt iudex ſui & obliqui.ſicut.d.Philoſophus. O

Viuere dicit de nutrimēto & augmēto ſolū.Sed oppoſitū dixit ſupra tex.com.13.Soluitur.hic ſumitur nomē vitæ preſsius:ibi vero latius. Cōmē.10. 6

In commen.20.d.ꝙ omne animal habet imaginatiuam. Oppoſitum infra.156. Soluitur.hic de imaginatiua abſolute ſiue perfecta:ſiue im perfecta ibi vero de imaginatiua perfecta tantum. Cōmē.20. 9 P

In.22.d.ꝙ ſentire eſt actio.Oppoſitum infra commen.52.vbi dicitur ꝙ eſt pati:niſi eſſet ꝙ ſumpſit actionem pro paſsione: aut ſi verius dica mus nō eſt formaliter actio:necꝙ formaliter paſsio: ſed aſsimilatur illis: & hoc deo duce in. 3. de anima declarabimus. vbi videbimus in ſimili quomodo intelligere ſit pati:ſed pro nūc recurre ad.13.quæſtionē quo libetorum Scoti.artic.3.& ibi videbis veritatem. Cōmē.22. 10

In cōmē.24.habetur ꝙ actio attribuit primitꝰ formæ. Oppoſitū eſt pri mo de aīa.com.3. vbi dicit aliqua accidētia primitꝰ attribui corpori ꝙ animæ. Soluitur. ꝙ illa accidētia quæ dixit cōmen. primitꝰ attribui corpori ꝙ animæ nō intellexit de corpore in quo eſt anima:ſicut forma in materia:ſed de corpore extrinſeco:ſicut eſt vapor reſpectu ſomni:aut aliqd huiuſmodi. Et ſic nō eſt ad ꝓpoſitū.Sed adhuc dubitat:quia actio videtur primo cōpoſito attribui in proœmio met. Et primo de aīa.64. Cōmē.24. 11 Q

Soluitur. cōpoſito vt quod:formæ vt quo:& hoc nō negat hic com men.quia dixit,ꝙ actio attribuitur primitus enti propter formam.

Artifex non poteſt probare ſubiectū eſſe necꝙ ſpecies ſubiecti.Oppo ſitū primi patet primo elencorū.vbi probatur ſyllogiſmū elencum eſſe. Oppoſitū ſecūdi patet.4.cæli.cō.32. Soluitur diffuſe pertractaui:iſta in ſpeciali quæſtiōe quā feci de hac materia:pro nunc dico breuiter ꝙ ſubiecta adeo nota ſunt ꝙ ſcientiæ deſpiciunt ea: nullam prorſus men tionem facientes de ipſis, aliqua vero ſubiecta non ſunt adeo ignota: quod demonſtrari queant:quia ſicut diximus ſuperius in.4.cæli ſuper 32.com.implicat quod aliquod ſubiectum demonſtretur in ſcientia: in qua eſt ſubiectū:tamē ſi fuerit aliquod ſubiectum quod indigeat aliqua modicula declaratiōe:tale bene ſuperficietenus a ſcientia illa in qua eſt ſubiectum poteſt notificari & perſuaderi ſicut eſt ſyllogiſmus hypothe ticus per naturam, Et ſic eſt via inductionis vel exempli: vnde Auer.1. priorum. Cōmen.27 12 R

priorũ.cap.de ſyllogiſmo hypothetico.inquit qđ per ſyllogiſmos hy-
S potheticos per naturã:oſtendũtur ea quæ ſunt minus occulta quam ſint
occulta per naturam ſicut eſſe animæ per ſuas operationes: ſicut fecit
Aui.in.6.naturaliũ.qui ex operationibus animæ notificauit eſſe animæ:
nõ quod illa ſit ratio demõſtratiua:ſed eſt ſyllogiſmus hypotheticus per
naturã:in quo antecedẽs eſt notũ per ſe:& cõſequens etiã eſt per ſe notũ:
& ſequela eſt per ſe nota. Et talis ſyllogiſmus nihil ſimpľr ꝓbat: ſed eſt
ſola perſuaſio quædã & ſuperficialis notificatio: Et ideo dixit bene Cõ
mẽ.in.4.cæli in cõ.22.vbi dixit,qđ alia eſt latẽtia quæ indiget ſyllogiſ-
mo videlicet,cathegorico. Et alia eſt latẽtia quę indiget inductiõe:vnde
hoc idẽ ſentit Themiſtius ſup.2.poſte.cap.11.in ſua paraphraſi. Et ſic di
co,qđ ratio illa philoſophi in libro elencorum nõ eſt ratio demonſtrati
ua ad ꝓbãdũ eſſe ſubiecti illius libri:ſed eſt quædã ꝑſuaſio exẽplaris &
ſimilitudinaria. De partibus vero ſubiectiuis:an in ſcĩa poſsint demõſtra
ri:necne:iam diximus cõ.32.quarti de cælo diffuſe: & tu illuc recurras.
In cõ.xxxij.dicit Commẽta.qđ intellectus ſpeculatiuꝰ nõ eſt anima:
Cõ.xxxij. nec pars animæ:ſed cõmẽto primo.tertij de aĩa.d. oppoſitũ. Soluitur.
13 intellectus ſpeculatiuus ſecundũ ipſum quãdoq; ſupponit pro operatio-
ne aĩæ quæ eſt intellectio:& talis:nec aĩa:nec pars aĩæ:ſed eſt accidẽs ma
xime de noua intellectione:quãdoq; ſumitur pro intellectu potẽtiæ qui
eſt pars animæ noſtræ quo mediante intelligimus & ſapimus:primo mo
do hic:ſecundo modo ſumitur ibi.
Dicit Cõmenta.in cõ.38.qđ caput eſt principiũ ſenſationis. Huius
Com.38. oppoſitum habetur in libro de ſenſu & ſenſato. vbi dicitur quod cor.
14 Soluitur. quicquid dicant alij veritas eſt iſta. cor eſt principiũ oĩs
T ſenſationis:cerebrum nullius ſenſationis principiũ eſt.ſed natura produ-
xit ipſum ad cõtra operandũ cordi per ſui frigiditatẽ in contemperando
cordis calorẽ:iſta eſt Ariſt.via.iſtud ſentit Commẽta.in cõ.ſuo ſuper li-
bro de ſomno & vigilia.in ſecũda columna.vbi declarat qđ ſenſus com
munis organice eſt in corde:& qđ cerebrum non concurrit,niſi tanquã
inſtrumentũ ad cõtemperãdũ calorem cordis:vt ſit proportionatus pro
operationibus ſenſitiuis:ſed medici inſtãt ratione ſenſata qđ ſenſus ſint
organice in cerebro:quia ſtante nocumẽto in prima parte cerebri ſit no-
cumentũ in virtute imaginatiua & in ſenſu communi:ſicut illo qui præ
cipiebat qđ tibi ciues deberẽt excludi a domo propter impedimẽtum ꝙ
ſibi inferebant:ſtante nocumento in medio ſit nocumentũ in virtute co-
gitatiua:ſicut fuit ille qui proijciebat vaſa argentea per feneſtram.quidã
autem habent nocumẽtum in parte poſteriori cerebri:& illi nõ poſſunt
memorari alicuius rei præteritę:ergo videtur qđ iſta inſtrumenta talium
ſenſationum:ſunt in cerebro & nõ in corde: hoc eſt argumentum cõtra
philoſophos. Nos dicimꝰ ꝓ philoſophis qđ hoc nihil mouet. Nã iſta
contingunt propter impedimẽtum quod eſt in corde:nam facta lęſione
in cerebro in aliqua ſui parte impeditur menſura illa caloris deſeruientis
tali virtuti in corde organice exiſtentis:vnde cerebrũ ſecundum diuerſas
ſui partes contemperat calorem cordis talijvel tali virtuti deſeruientem.
& inde eſt quod facto nocumento in parte media cerebri impeditur
temperamentum & menſura caloris naturalis exiſtentis in corde: quod
temperamentum : & quæ menſura eſt inſtrumentũ virtutis cogitatiuæ
in

in cordæ,organice exiſtentis, & iſta eſt ſententia philoſophi in. ij. de
partibus animalium. capi. 7.& ſic de alijs dicas conſequenter, iſta ſunt
ex præcordijs antiquorum peripatheticorum,& truffatoribus minime
intellecta,quorum doctrina non conſiſtit, niſi in multitudine verborū,
volunt enim facere nouas ſectas & miſcere græca latinis,& medicinalia
& platonica cum Ariſto.& neutrum attingāt,ſicut cuilibet parum exer
citato in philoſophia Ariſto.patere poteſt.

In cō.41.ſecūdi de ala.d.Cōmē. ꝙ ignis dn̄atur in corporibꝰ nutri/
bilibus.Sed oppoſitū patet.ij.de gn̄atiōe.in tex.cō.49.& in.4. meteo. Comm.xlj.
vbi ſcribitur ꝙ oīa reſidentia circa medium a prædominio ſunt terrea. 15

Soluitur:ſecundum molem terra dominatur,ignis autem ſecundū vir V.
tutem,& præcipue in nutribilibus,nam generatio eſt prima participa/
tio animæ in calido naturali,& vita eſt eius permanſio. Et ideo dixe/
runt ſapientes ꝙ frigiditas non ingreditur opus naturæ igneæ,nāq; ani/
ma omnia operatur.ij.de anima.tex.com.41.&. 130. replicari poteſt,
in maiori quanto eſt maior virtus,ſi igitur terra dominatur quantum ad
molem,igitur quantum ad virtutem. Soluitur,intelligitur propoſitio
in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,ſicut plus ponderat gleba terræ,& velo
cius deſcendit quam medietas glebæ, fallit in his quæ ſunt diuerſarum
rationum,ſimiliter intelligitur propoſitio illa quo ad virtutem inſe/
quentem talem molem,non autem quo ad alias virtutes quæ illam mo/
lem non inſequuntur,ſic dico ꝙ cum terra quo ad molem dominetur in
mixtis talia mouentur ad motum eius. Et ideo canis proiectus de turri
deſcendit virtute elementi dominantis in eo,ſed quo ad ſuum motum
qui eſt ab anima,& quo ad alias operationes virtutis nutritiuæ & ſenſi/
tiuæ ignis dn̄atur,ſicut cōmuniter conceſſum eſt ab oībus ſani capitis.

In commen.48.dicit Commentator, virtutes; corporum cæleſtium Com.48.
conſeruant ſecundum omnem diſpoſitionem eſſe, & ſecundum omnes 16
partes.Oppoſitum videtur in vltimo capitulo de ſubſtantia orbis, vbi
dicit quod cæli permanentia non eſt a virtute. Soluitur: negat ibi vir
tutem extenſam ad extenſionem ſubiecti,concedit hic virtutem abſtra/
ctam,a tali enim eſt permanentia cæli,& motus æternitas.ij.cap. de ſub
ſtantia orbis.Et.8.phy.commen.15.æterna enim habent cauſam neceſ/
ſariam conſeruantem & dantem eſſe.

In cō.lij.dicit̄ ſenſum eſſe de virtutibus paſsiuis, videt̄ aūt oppoſitū Commē.lij.
probaſſe philoſophus ſuperius in tex.cō.37.vbi declarat animā effecti/ 17
ue cōcurrere ad omnes motus tam veros quam exiſtimatos, vt dicit ibi X
Commen.in com. Soluitur.Dico ꝙ opinio illa Alberti magni in ſe/
cundo de anima,iudicio meo eſt multum rationi conſona, ꝙ ſenſus,li/
cet vt eſt in potētia ad recipiēdū ſpeciē ſit paſsiuus, ſit aūt actiuus,poſt
ea quā ſpecie illa informatus fuit reſpectu ſenſationis,illi aūt qui poſue
runt motorē ſeparatum concurrere immediate ad ſenſationem cauſan/
dam aliqua ſpeciali influentia,multū(vt mihi videtur)excedunt limites
iſtius artis,& licet com.2.de anima.cō.60.moueat iſtā quæſtionē quæ
omnino dubia eſt,& ab eo cū difficultate apparet ſolutio,tn̄ talē moto/
rē ſeparatū nō ponit,ſicut expoſitores eius dicūt,impoſsibile em̄ eſt ꝙ
ſenſatio effectiue ſit ab intelligētia tāquā a cauſa efficiēte ꝓpinqua ali/
qua ſpeciali influētia concurrente. Nam ſecundū Auer.7.met.cō.31.ad
finem,

finem, quod mouit Ariſt. ad ponendum mouẽs ſeparatum a materia fuit factio virtutum intelligentium, quia virtutes intellectuales apud ipſum ſunt non mixtæ cum materia, omne enim non mixtum cum materia fit a non mixto cum materia ſimpliciter: quemadmodum omne mixtum cũ materia generatur a mixto cum materia, & primo meta. cõ. 31. materia/
Y le non tranſmutatur niſi a materiali. Et confirmatur, Ariſt. in pleriſq; locis dãnat antiquos, quia effectuum ſenſibilium ponebãt cauſas inſenſibiles, ſicut patet primo me. 19. 21. 23. 25. & 26. Modo ſi Cõmentator ponat intelligentiam eſſe immediatam cauſam ſenſationis, tunc ipſe incidit in foueam quam fecit, quia effectus ſenſibilis erit immediate ab inſenſibili & abſtracta cauſa. Amplius quomodo euadet, quin aliquid nouum immediate proueniat ab antiquo. Forte dices ꝙ hoc facit mediante obiecto, quod concurrit diſpoſitiue & non effectiue. Cõtra, quia tũc ſoluuntur argumenta Ariſto. contra Platonem de ideis, & Auer. contra Auicẽ. qui ponebat datorem formarum: quia tales etiam ponebant iſta agentia inferiora concurrere diſpoſitiue. Amplius, quomodo cauſa vniuerſalis erit effectus particularis cauſa immediata non video, hoc autem ſequitur euidenter, ſi intelligentia concurrat ſolum vt efficiens & obiectum vt diſponens. Amplius Ariſto. in. 2. de anima. 52. 59. & 60. reddit cauſam, quare non ſentiunt ſenſus ſe, & quare non ſentimus dum volumus, reducit hoc ad iſtam cauſam, quia ſenſus non poſſunt ſentire ſine motore extrinſeco: tale autem eſt obiectum vt omnes dicunt. Amplius 59. & ſuper commen. libri de ſomno & vigilia habetur ꝙ prima imperfectio ſenſuum fit ab intelligentia agente quæ declaratur in libro de animalibus, ſed ipſa poſtrema perfectio fit a ſenſibilibus, hæc & alia adduci poſſunt quæ gratia breuitatis omitto. Dico igitur, ſiue ſpecies ſenſibi
Z lis idem ſit cum ſenſatione, ſiue non idem, quæſtionem iſtam ab Auer. motam eſſe propter ſpeciem non propter ſenſationem, quia miratur ipſe vnde habet obiectum producere ſpiritualius eſſe quam ſit ſuum eſſe nõ a medio, vel ab organo poteſt eſſe iſta maior ſpiritualitas in ſpecie quã in obiecto, quia medium concurrit vt materia tantum in receptione ſpeciei: effectus autem potius inſequitur agens quam materiam, & ideo videtur eſſe ponendus extrinſecus motor. Et hoc non poteſt negari, ſed non modo quo moderni ponunt. Nam intelligentia ipſa ſecundũ Ariſt. concurrit ad omne opus mundi huius, ideo enim mundum hunc oportet ſuperioribus lationibus continuum eſſe, vt omnis virtus eius gubernetur inde metheororum primo, vnde ſicut in generatione animalis virtus informatiua exiſtens in ſemine in virtute animati, ſcilicet cæleſtis corporis & intelligentiæ non errantis a qua rememoratur producit animal, ſic obiectũ ſenſibile extra quãtũcũq; materiale eſſe habeat in virtute intelligentiæ, cuius ipſum eſt quaſi inſtrumentum, producit ſpeciem ſenſibilem habentem ſpiritualius eſſe quam habeat ipſa, ſenſus autem ſpecie informatus virtute obiecti primi fit actiuus ad ſenſationis productionem, ſenſibile enim ſenſum agere facit ex mente philoſophi in lib. de ſenſu, ex obiecto enim & potentia paritur notitia. Et hoc videtur velle Commẽ. 2. de anima. com. 27. vbi dicit animam eſſe cauſam effectiuam omnium motuum, tam verorum quam exiſtimatorum exiſtentium in animato. Et iſta etiam ſententia eſt eiuſdẽ. 2. de anima. cõ. 149. & non

habeo pro incōuenienti hoc ꝙ idē ſit actiuū ratione alterius, & ſit paſsi-
ua ratione propria, vnde ſicut intellectus poſsibilis eſt actiuus & paſsi-
uus teſte Auer. 3. de anima. commē. 19. ſic imaginor de ipſo ſenſu. Et in
hoc iudicio meo recte dixit Albertus, nec rectiꝰ dici potuit. Et hoc fuit
in cauſa, ſicut mihi videtur quare Ariſt. nō poſuit expreſſe motorē iſtū
extrinſecū in ſenſu, ſed bene in intellectu, quia motor iſte cōcurrit vni-
uerſali influentia vna cū obiecto quod eſt cauſa proxima non diſpoſiti-
ua, ſed effectiua particularis reſpectu ſpeciei ſenſibilis. In intellectione
autē in qua fit tranſitus de ordine in ordinem, & fiunt potentia intelle-
cta actu intellecta, fuit neceſſarium ponere iſtum intellectum agentem,
quia ibi manifeſtum erat ꝙ productio ſpeciei intelligibilis non poterat
reduci ad phātaſma, cum exeat ordinem & latitudinem ſenſibilium, ſed
in ſenſu vbi manet conſimilis ordo non videtur aliquē motorē ſepara-
tum appropriatū ponere, ſed vniuerſalis eius influxus ſufficit, ſicut etiā
in alijs eſt. Et hoc voluit dicere Commē. vt mihi videtur dum dixit, ſed
Ariſt. tacuit motorē iſtū extrinſecū in ſenſu, & ꝓpalauit in intellectu,
quia in ſenſu latet, & in intellectu manifeſtū, eſt, ſic cognouiſti iam quō
ſenſus eſt de v̄tutibꝰ paſsiuis & quō de actiuis & reſpectu cuiꝰ et quaſr.

In cō. 52. ſcribitur ſenſationē exterioris ſenſus nō poſſe fieri ſine præ-
ſentia obiecti. Huius tamen oppoſitum meminimus nos inueniſſe in di- Commē. 52
ctis eius ſuper commento libri de ſomno & vigilia, vbi dicit in ſomno 18
viſionem & guſtus ſenſationem vel aliquid huiuſmodi poſſe fieri. Sol-
uitur, ꝙ talis ſenſatio non eſt ſenſus exterioris, ſed eſt ſenſus communis
qui vtitur intentionibus pro rebus, vnde illa ſenſatio non eſt ſine præ-
ſentia obiecti: obiectū eñ præſens, eſt ſpecies in organo ſenſus exterio-
ris, quā apprehendit ſenſus cōmunis, & non ſenſus exterior, quia ſenſus
exteriores in ſomno ſunt ligati: nā ſecūdum Auer. in prædicto tractatu,
ſomnus eſt ligamētū ſenſuū exteriorū, & iſta eſt ſolutio Gregorij arimi- A
nēſis in primo ſentētiarū. 3. diſt. primi. q. prima. arti. 2. in ſolutiōe ſecūdę
experiētiæ Aureoli. Et d. iſtā ſolutionē eſſe de mēte Cōmē. in prædicto
loco. Miror maxime de tanto doctore quō plerūq; allegat tot & tantas
Cōmen. autoritates, quas aut nō intelligit, aut fingit ſe non intelligere,
ipſe dixit in primis ſenſationes iſtas nō poſſe fieri a ſenſibꝰ exterioribꝰ,
quia ſenſus exteriores ſunt ligati, & allegat Cōmē. ibi, ſed cōtra ſenſus
cōmunis etiā in ſomno ligatus eſt, & ligamentum non attribuitur ſenſi-
bus exterioribus, niſi propter ligamentum prius exiſtere in ſenſu cōmu-
ni. Nā vt d. philoſophus ſomnus eſt paſsio primi ſenſitiui, primū autem
ſenſitiuū appellat ſenſum cōmunē. Dicamꝰ igiť pro nobis & pro ipſo,
ꝙ ſenſationes dupliciter fiunt, q̄nq; per lineā rectā, & iſta incipit a ſenſi-
bilibus extrinſecis, & terminať ad virtutē rememoratiuā, alia eſt per li-
neā reflexā & retrogradā, & iſta incipit a virtute rememoratiua, & ter-
minať ad ſenſus exteriores. ī ſomno aūt poteſt fieri retrograda ſenſatio.
Nā virtꝰ imaginatiua per intētionē quā recepit ab obiecto extrinſeco,
vel a virtute rememoratiua mouebit ſenſum cōmunē, & ſenſus commu-
nis mouebit ſenſum particularem, & ſic fit talis ſenſatio, vnde iſta ſenſa-
tio eſt ſenſus particularis tanquā ſubiecti, & nō eſt ſenſus cōmunis, niſi
tanquā agētis, ſed illud qd decepit Gregoriū fuit, q̄a nō potuit imagina-
ri quō ſenſatio iſta poſsit eſſe ſenſus exterioris cū ipſi ſint ligati, ſed vt

dixit ipſe incidit in ſyllam cupiens vitare caribdim, nam quō poteſt eſſe
ſenſus cōmunis cū ipſe ſit primo ligatus? Soluim⁹ igit̄ ꝙ in ſomno per-
fecto ligati ſunt ſenſus iſti & ſenſus cōmunis, & præcipue a ſenſibilib⁹
cōmuniter occurrētibus, & in tali ſomno nō fiunt iſtæ ſenſationes. Eſt
B & alter ſomnus imperfectus, & in tali fiunt iſtæ ſenſationes, & licet ſen-
ſus exteriores in tali ſomno ligati ſunt reſpectu ſenſibiliū exteriorū cō-
muniter occurrentiū ab extrinſeco, tamen reſpectu alterius feneſtræ, vt
ita dicam per quā itur ad ſenſum communem non ſunt ligati, & reſpe-
ctu illius imitari poſſunt, iſtud ſentit Auer. ibi in litera. & ne videar iſta
ſtudio cōtradicendi dixiſſe. Adduco verba eius formaliter, inquit, quo-
modo autem accidit ꝙ homo in ſomno videt ꝙ ſentiat per quinq; ſen-
ſus abſq; eo ꝙ ibi ſit aliquod ſenſibile extrinſecum, & ſoluit dicens,
hoc accidit per contrarium motum ei qui ſit in vigilia. In vigilia enim
ſenſibilia extrinſeca mouent ſenſus, & ſenſus communis mouet virtutē
imaginatiuam, in ſomno autem quando virtus imaginatiua imaginata
fuerit intentionem quam accepit ab extrinſeco, aut ex virtute rememo-
ratiua, reuertetur & mouebit ſenſum communem. & ſenſus communis
mouebit virtutem particularem, & ſic accidit ꝙ homo cōprehendit ſen-
ſibilia, licet non ſint extrinſecus, q̄a intentiones eorū ſunt in inſtrumen-
tis ſenſuū, hæc ille formaliter. Vide etiā pro hoc ipm. 3. colliget. ca. 38.

19 In com. 60. dicit Commen. ꝙ melius eſt ꝙ diuerſitas formæ ſit cau-
Cōmē. 60. ſa diuerſitatis materiæ quam econtra. Sed huius oppoſitum habetur ab
ipſo. 8. phyſi. com. 46. vbi ex diuerſitate materiæ probat diuerſitatem
formarum. Soluitur. diuerſitas materiæ eſt cauſa diuerſitatis formæ,
ſed diuerſitas materiæ eſt ſignum diuerſitatis formę non cauſa. Ratio igi-
tur quam facit. 8. phy. 46. eſt a ſigno, non a cauſa.

20 Senſibile non agit in ſenſum, niſi quando eſt contrarium. Oppoſitū
Cōmē. 62. ſecundo de anima. 57. Soluitur. ſecundo de anima. 57. tex. diſtingui-
tur de duplici alteratione perfectiua & corruptiua, licet igitur in ſenſa-
tione non ſit vera contrarietas ad agendum actione corruptiua, eſt tamē
aliqualis talis qualis requiritur inter mouens & motum & alterans &
alteratum alteratione perfectiua, vide ibi & intelliges.

21 In commen. 65. dicit Commen. ꝙ ſenſibilia communia ſunt propria
Cōmē. 65. ſenſui communi. Huius oppoſitum patet infra, commen. 133. vbi dicitur
ꝙ non ſunt propria alicui ſenſui. Soluitur. per ſenſum communē non
intellexit hic virtutem aliquam diſtinctam ab alijs ſenſibus, ſicut impo-
nit ſibi ſanctus doctor hic, ſed intellexit communitatem ſenſuum, quia
ſenſibilia communia poſſunt ſentiri a pluribus quam ab vno ſenſu. Et
ideo dixit ꝙ ſunt propria ſenſui communi. Et tu vide Themiſtiū in. ij.
de anima ſuper. 133. & ſit argumenta ſancti doctoris nulla, & ſic etiā pa-
tet quod nulla ſit contradictio.

22 In cō. 72. Com. habet, ꝙ color nō eſt viſibilis niſi mediāte luce. Op-
Cōmē. 72. poſitū. ſecūdo de anima. cō. 67. vbi habetur ꝙ color nō eſt viſibilis per
C aliquā formam ſibi contingentē, ſed eſt viſibilis per ſe. Soluitur. viſi-
bilis eſt color mediante luce quantū ad actū immutandi dyaphanum &
organū ſenſus mediāte luce, lux igitur eſt dyaphani diſpoſitio pro for-
mis colorum recipiendis, & pro viſu, nō enim colores in obſcuro vide-
ri poſſunt, licet ſint actu colores etiā in obſcuro exiſtentes, viſibilitas
igitur

igitur cōpetit colori per ſe:in ſecundo modo:quia forma coloris eſt cau
ſa viſibilitatis eius:ſic igitur patet contradictionis ſedatio ſi recte vides.
In eodem cō.72.dicit, qđ color vniuſcuiuſq; viſibilis videtur in lu/ 23
ce:ſiue illud viſibile videatur in obſcuro:ſiue videat̃ in luce: ſed ex ver/ Cōm̃.72.
bis infra in eodē cō.videtur oppoſitum iſtius ſequi:quia ibi habet quod
color non eſt viſibilis:niſi mediante luce. Soluitur.dictū eius verifica
tur de viſibilibus quæ videntur in obſcuro & in medio illuminata:ſicut
ſunt noctilucæ & quercus putrefacta quę & die & noctę videri poſſunt:
tamē ratione alterius videntur in die:& ratione alterius videntur in no/
cte.Nam in nocte videntur merito lucis:in die merito coloris:& nō me/
rito lucis ſubiectiuæ exiſtentis in viſibili: quia lumē maius obfuſcat mi
nus.Cum hoc tamen ſtat q; talia videantur:vt colorata in medio actu lu
cido & mediante lucæ continētis.& ſic propoſitio eſt vniuerſaliter vera
qđ omnis color in quolibet viſibili exiſtēs nō videt̃,niſi mediante luce.
In commen.76.&.79.eſt contradictio:quia in.76.dicit qđ medium 24
in ſono eſt aer:non aqua:ſed in.79.dicit oppoſitum. Soluitur:in aqua Cōm̃.76.
non fit ſonus realiter:ſicut fit in aere:ſed ſolum ſpiritualiter:& ſic etiam &.79.
intelligitur dictū eius in cō.81.infra in principio commenti. D
Dicit Commen.in.84.cō.aerem in aure ſemper moueri: & tamen in 25
83.dixit ipſum quieſcere. Soluitur in eodem.84.quia motus aeris exi Cōm̃.84.
ſtentis aure eſt motus proprius.ſed motus in aere extraneo & non orga
nico eſt motus extraneus: cum hoc igitur qđ talis aer organicus moue/
tur motu proprio ſtat ipſum quieſcere quiete oppoſita motui extraneo:
ſic ſoluitur vt vides inſtantia.ſicut etiā ignis in ſphera propria poteſt di/
ci motus:& quieſcens diuerſimode.
In commen.91.dicitur quod non habere pulmonem ſit cauſa remota 26
non reſpirandi.Et tamē primo poſterio.dicitur:quod eſt cauſa propin/ Cōm̃.91.
qua. Soluitur.dictū eius in poſterioribꝰ habet veritatem reſpectiue nō
abſolute:quia non habere pulmonem eſt cauſa propinqua reſpectu non
animalis:tamen ſimpliciter propinqua non eſt.
In com.94.eſt contradictio ex vna parte:& in proœmio meta.ex alia. 27
Nā hic videtur ſenſus tactus præcedere alios ſenſus:& per cōſequēs vi/ Com.94.
ſus:ibi vero viſus alijs præfertur ſenſibus. Soluitur.priora generatio/
ne via perfectionis poſteriora ſunt ſic:dicimꝰ prioritatem tactus ad alios
ſenſus eſſe prioritatem ſecundum ſubiectum & materiā:ſed prioritas vi/
ſus ad tactū eſt prioritas formæ & finis.Et hoc etiam confirmat Cōm̃.
in.ij.de anima.com.77.vbi dicit,qđ Ariſto.videtur ordinare conſidera
tionem de virtutibꝰ ſenſus ſecundum nobilitatem:non autē ſecundū na/
turam:prius enim egit de viſu quā de alijs:ſed Auic.6.naturaliū:ordina
uit talem conſiderationem ſecundum naturam: quia prius egit de tactu
quam de alijs:pro hoc vide.ij.de generatione & corrup.tex.commen.7.
In commen.97.dicitur,quod raritas ignis eſt maxima oppoſitum.4. 28
phy.lxxij.vbi dicit,quod creſcit in infinitum. Soluitur.eſt maxima ſe Com.97.
cundum naturam:prout conſequitur formā exiſtentę in materia.termi/
natio enim eſt a forma:ſed prout in materią abſolutę eſt in infinitū tēdit
cum infinitudo ſit a materia.3.phy.62.
In cō.xcviij.&.cj.cōtradictio eſt:qa hic.d.q; oēs ſenſus indigent me/ 29
dio:etiā guſtus & tactus:tū de guſtu & tactu oppoſitū apparet in cō.cj. Com.98.

Solũitur.ibi negat requiri mediũ extrinſecum.& hoc per ſe:nã in ſen
ſu tactus & guſtus non cõcurrit mediũ extrinſecum per ſe:ſed per acci/
dens.vide pro hoc com.cxv.ſecũdi de anima.Et ideo Cõmẽ.in princi/
pio com.cxvj.ſecũdi de anima dicit, qđ aer & aqua in talibus ſenſibus
ſunt media ſi debent dici media:ex hoc enim apparet qđ illa non ſunt ve
re media:ſed ſunt media per accidẽs:vt ipſe declarauit in com.cxv.& eo
dem modo ſoluitur contradictio iudicis eius ſuper cõ. libri de ſenſu &
B ſenſato.vbi dicit, qđ ſenſus tactus & guſtus non indigent medio:& ta/
men in hoc.xcvij.dicit,quod indigent medio. Soluitur.ibi negat tales
ſenſus indigere medio extrinſeco in ratione per ſe & veri medij:hic con
cedit eos indigere vero & per ſe medio intrinſeco : ſenſibile enim poſi/
tum ſupra ſenſum non cauſat ſenſationem ſecundum Ariſtote.quicquid
dicat Auic.in hoc.

30 In com.c.dicit,quod amplitudo venarum & viarum anhelitus eſt ꝓ/
Com.100. pter neceſsitatem:& non propter melius:oppoſitum in ſimili ſcribitur
in.ij.phy.82.&.lxxxviij.contra antiquos:pondera,quia non aſſertiue:
ſed dubitatiue loquitur,& cogita.

31 In cõmẽ.cviij.d.graue & leue eſſe ſubſtãtias:& quinto meta.18.dicit,
Com.108. quod ſunt quãtitates:& primo cæli.17.dicit,quod ſunt ſubſtantiæ:etiã
in.ij.de generatione & corruptione:&.vij.phy.xj.&.ij.de partibus ani/
malium.cap.j.habetur ꝙ ſunt qualitates:vide quæ ſcripſi ſuper ſeptimo
phy.in commẽ.11.Et ſi vis curioſius videre:vide Conciliatorem in diffe
rentia.xlij.in tertio dicendorum.

32 In cõmẽ.cvj.d.carnem eſſe medium:& non inſtrumentũ tactus: ſed in
Com.106. com.ſuper libro de ſenſu & ſenſato.& in.2.colliget.capi.de iuuamentis
carnis:& in capi.de iuuamento tactus.d. oppoſitum. vide Conciliatorẽ
differẽtia.42.in tertio dicendorum.de hac materia:quia quãdo.d.Com/
men.quod caro eſt organum tactus intelligitur de carne cordis : quia in
corde ſecundum Philoſophũ eſt radix iſtius ſenſus & organum quãdo
dicit,qđ eſt mediũ loquitur de alia carne.Alij per carnem intelligũt car
nem neruoſam eſſe tactus inſtrumentũ:& ponunt neruos eſſe partiale in
ſtrumentũ tactus:ſicut ipſemet Conciliator tenet.& huic opinioni faue/
re videtur Commẽ.ſecundo de anima.com. 108.vbi dicit,quod tẽpore
Ariſt.in quo ſcripſit librum de aĩalibus:nõ erãt noti nerui:ſed poſt ano/
thomiam apparuit illud quod ſciuit Ariſto.ratione : ſciuit poſt ſenſu :nã
F vult ꝙ Philoſoph9 per illud quod eſt intus carnẽ intelligat neruum:&
Digreſsio tale eſt organum tactus partiale:& iſta eſt via Auer.ſine dubio.Sed ſal/
cõtra Auer. ua reuerentia Auer.eius poſitio non videtur eſſe de intẽtione Ariſt.Nã
dicere quod quãdo Ariſto.cõpoſuit librũ de partibus aĩaliũ:in quo ex/
preſſe ponit organũ tactus in corde eſſe : ſicut eſt videre in ſecundo lib.
cap.x.Et in libro de ſenſu & ſenſato.ꝙ tũc nõ fuerũt cogniti ſibi nerui:
quia ſciẽtia ſectionis erat tũc ignota: iſtud in veritate eſſe videtur vnum
magnũ mendacium.Nam philoſophus plerũq; de neruis loqui videt in
libro illo:ſicut in.c.8.vbi agit de carne:& de his quæ vice carnis habeã
tur.& in libro de hiſtorijs animaliũ.plerũq; de neruoſa carne meminit.
&.3.de natura animaliũ cap.5.Nec eſt veriſimile qđ tantus philoſoph9.
qui fuit ſolertiſsimus naturæ rimator:librum illum ſine anothomia con
ſcriberet.quomodo enim de cordis ventriculis : deq; alijs minutiſsimis
membris

membris conſcripſiſſet ita ſolerter:niſi proprijs oculis vidiſſet ſingula. Nerui autem non ſunt adeo minutiſſima corpora:quod propter ſui paruitatem non poſſent videri. Præterea ſentētia philoſophi fuit ſenſum tactus medietatem cōtrarietatum obtinere.Et ideo.d.in ſecundo de anima.in tex.cō.124.plantæ nō ſentiunt:quia non habent medietatem:ſunt enim complexionis multū terreſtris.&.3.de anima.tex.cō.66.ait Phyloſophus.omnium enim tangibiliū tactus eſt:ſicut medietas & ſuſceptiuus ſenſus.Non ſolum quæcunq; differentiæ terræ ſunt.ſed calidi & frigidi:& aliorum omnium tāgi poſsibilium:& propter hoc oſsibus & capillis:& huiuſmodi partibus non ſentimus: quia terreæ ſunt : & plantæ etiam ob hoc:neq; ſenſum vnum habent:quia terreę ſunt.Arguitur ergo ſic.nerui ſunt terreſtris complexionis:ſicut omnes medici & philoſophi teſtantur. ergo talibus non ſentimus : patet conſequentia quia manente cauſa manet effectus:quomodo ergo Auerro.exponit qđ illud qđ eſt organū tactus eſt illud qđ eſt intus.& per illud qđ eſt intus exponit neruū: cum nullo modo neruo ſentiamus. Confirmatur auctoritate philoſophi quæ non recipit gloſam.primo de anima.lxxix. tex.in translatione noſtra:ſcribit enim ibi Philoſophus : quæcūq; enim inſunt in animaliū corporibus ſimpliciter terræ:vt oſſa nerui pili nihil ſentire videntur.Et hoc idē habetur in translatione Biſantij:quare dicēdum eſt illud qđ intus eſt eſſe organū ſenſationis:& tale eſt ipſum cor:iſta eſt veritas: & ita Simplicius & antiqui expoſuerunt locum illū:& in hoc nolo cū Auer. eſſe:quia vt mihi videtur in hoc quæſito dimiſit præceptorem ſuum : & imitatus eſt potius medicos.Nam ſicut ſcribit Philoſophus primo ethicorū.cap.7.pro defenſione veritatis:etiam propria impugnare oportere præſertim philoſophos magis exiſtimādum eſt:nā cum ambo amici ſint pium eſt veritatē in honore præferre : excuſare ipſum poſſum : de errore defendere non poſſum.Nam litera ſua in primo de anima non loquitur de neruis:ſed de oſsibus ſolum.Similiter ſermones medicorum in quibus etiam verſabatur:fecerunt ipſum a veritate deuiare:hæc notauimus hic propter errorem communem imponentium Ariſto.illud quod negat expreſſe:& iſtud non prouenit niſi qa vident expoſitores:& de tex.nihil. G H

In commen.cxxix.dicit,qđ demonſtratio illa philoſophi fundatur ſuper propoſitiones quarum vna eſt qđ omne quod ſentit animal:aut ſentit ipſum per contactum:aut mediante corpore extraneo.ſi iſta diſiunctiua datur per oppoſita:ſequitur aliquam ſenſationem ſine contactu fieri: cuius oppoſitum patet.7.phyſi.tex.com.xij.vbi habetur qđ omnis alteratio perfectiua fit per cōtactum.ſi non datur per oppoſita non eſt diſiunctiua per Boetium in libro diuiſionum. Soluitur. per contactum intellexit medium intraneum:& ſic ſenſus eſt qđ omnis ſenſatio aut fit per medium intrinſecum:aut per medium extrinſecum . Ex iſta bene opponuntur ſicut vides. 31 Cōm.129.

In commē.133.dicit priuationem eſſentialiter cognoſci:ſed ſupra cōmē.120.dixit quod accidentaliter cognoſcitur. Soluitur ſupra dixit hoc comparando ad habitum : hic vero dixit oppoſitum comparando ad potentiam . eadem enim eſt potentia reſpectu priuationis & habitus eſſentialiter : licet habitus per ſe cognoſcatur : & priuatio illius habitus per accidens. 34 Cōm.133.

35 Cōmē.133. In eodem cōmen.dixit Cōmentator ꝙ id quod inuenitur vni accidētaliter:inuenitur alij eſſentialiter. Vide oppoſitum.2.phyſi.commē.48.

Soluitur. ꝙ id quod eſt accidentaliter vni naturæ eſt eſſentiale alteri naturæ:ſed id quod eſt accidentale vni naturæ non poteſt eſſe eſſentiale alicuius eiuſdem rationis cum illa natura:primo modo intelligitur auctoritas Commentatoris hic.ſecūdo modo intelligitur auctoritas eiuſdem in.2.phy.in com.allegato.

36 Cōmē.134. In cōmen.134.d.cō. ꝙ virtus cōprehendēs iſtum eſſe Socratem : aut filium hominis eſt ſuperior virtute ſenſus. Huius oppoſitū ſcribit ipſe in ſecūdo de anima:in cōmē.63.vbi dixit ꝙ cogitatiua hominis cōprehendit intentiões indiuiduales decem prædicamentorū.Niſi eſſet quod dictū eius hic intelligitur complectiue:ſed dictū eius ſupra in.63.intelligitur initiatiue. Aut hic loquitur reſpectu ſenſus exterioris virtus iſta eſt ſuperior qua comprehendimus ſubſtantiam aut relationē: & iſta virtus eſt cogitatiua:& hoc non contradicit Auer.in illo loco.

37 Cōm.134. Ibidem Auer. habet ꝙ quando coniunguntur duo ſenſus ad iudicandum ſuper eandē rem ipſam eſſe eandem iudicium eſt vtriuſꝙ ſenſus, & nō alterius tantum.Sed vide oppoſitū infra cō men.& tex.146. Soluitur.dictum eius hic procedit de initio & occaſiõe iudicij: ſed dictum eius infra procedit de cōplemento iudicij:vnde ſenſus exteriores reſpectu ſenſus communis ſunt:ſicut teſtes qui examinantur a iudice qui dicitur audire iudicium vtriuſꝙ partis:& poſtea proferre ſententiam.

38 Cōmē.153. In commen.153.dixit virtutem imaginatiuam diſtingui ab alijs virtutibus:in com.20.huius ſecundi,dixit oppoſitum. Soluitur.hic loquitur de perfecta imaginatiua quæ eſt in determinata parte corporis : & quæ eſt non ſolum reſpectu præſentis obiecti:verum etiam reſpectu abſentis.ſed ibi loquitur de imaginatiua imperfecta:quæ ſolum in imperfectis animalibus:& ſolum circa præſentia obiecta actū habet: quæ diſſeminata eſt per totum animalis corpus.

39 Cōmē.153. Ibidem dixit, imaginatiuam differre ab intellectu & conſilio: quia imaginamur dum volumus. Sed fuit oppoſitum quod hoc eſt nihil: quia a pari intelligimus cum volumus. Soluitur. bene intelligimus dum volumus:ſed nō intelligimus verum cum volumus:ſicut eſt de ſenſu & imaginatiua.

40 Cōmē.156. In text. commento. 156. ponuntur quatuor habitus: ſed oppoſitum habetur.6.ethico.capi.4.vbi ſex ponuntur habitus.Soluitur: philoſophus hic diſtinxit ſolum habitus qui noti erant ab antiquis vſꝙ ad ſua tempora:ſed in.6.ethicorum enumerat omnes habitus quos ipſe ex puris naturalibus nouit.

41 Cōmē.156. In eodem commento dicitur ſenſus eſſe veros in maiori parte. Et tamen oppoſitum dixit ſupra in.152.vbi habetur quod ſunt ſemper veri. Soluitur:ſupra loquebatur de ſenſu:vt mouetur a ſenſibili:hic vero loquitur vt ex ſe componit. Sed contra. nam etiam ſenſus vt mouetur a ſenſibili non eſt ſemper verus ſed frequenter:ſicut patet.2. de anima.cō.63. Et ideo forte ſumpſit ſemper ſupra.i. in maiori parte. vel ſi vis quod ly ſemper ſumatur:vt diſtinguitur contra frequenter.dicas ꝙ illud eſt verum ſeruatis illis tribus conditionibus poſitis a Themiſtio in.2.de anima.ſuper tex.63.& Auer. ſeipſum gloſſat cōſimiliter.4.meta.cō.

ſaphi.cōmen.26.vbi habet hæc verba cōprehenſio autem quæ fit vno
ſenſu:& vno modo ſenſus:& in eadem diſpoſitione eſt vera ſemper:hęc
de ſecundo dicta ſufficiant.

Concordantiæ Auerrois ſuper tertio de anima.

Auerrois commento.5.vbi reprehendit Alexandrū qui ſicut ſi/
bi imponit poſuit intellectum materialem cauſatum
ex mixtione elementorū:& vniuerſaliter omnes alias virtutes animæ di
cit quod hoc eſt contra Ariſtot.quia ſententia Ariſtot.fuit primas perfe/
ctiones animæ eſſe a motore extrinſeco.Sed ipſe non recordatur ſuimet
ſuper.7.meta.cōmē.31.vbi reprehendi Auic.ponentem datorem forma/
rum.Et Themiſtium ponentem motorem extrinſecum reſpectu anima
lium ex putrefactione generatorū. Soluitur,memini me diffuſe dixiſ/
ſe le hac materia ſuper quæſtione noſtra de ſpeciebus intelligibilibus:
ſeapro nunc dico quod via Auic.& via Alexandri ſunt duæ viæ extre/
mæſed via Auer.eſt media:& partim diſcrepat ab vtroq;: & partim cū
vtroq; conuenit Auic.ponebat ſicut Plato in ſimili dicebat quod mo/
tor ſeparatus erat cauſa adæquata productionis formarum:vnde Com/
men.ibi contra eos dicit quod ſi ita eſſet non opus eſſet materia in gene
ratione:nam materia eſt ex qua fit aliquid inexiſtente:ſi autem tales for/
mæ non educuntur de potentia materiæ:ſed totaliter ſunt ab extrinſeco
videtur ſecundum ipſum quod materia ſuperfluat quia ſequitur expoſi/
tione tales formas eſſe per ſubſiſtentes. Alexander vero videtur eſſe in A
alio extremo:vt ſibi imponit Commen.quia ipſe voluit animam intelle/
ctiuam hominis & animas brutorum:& vniuerſaliter omnes materiales
formas eſſe cauſatas ex diuerſa mixtione elementorum tanquā ex cauſa
adæquata:ſicut eſt de qualitatibus ſecundis: vt eſt color & ſuppoſitio
quæ cauſantur ex primis qualitatibus elementorum:vnde dicit Cōmē.
quod iſta poſitio eſt quaſi poſitio negantium agens:& cōcedentium ma
teriam tantum,& ſunt illi qui ponunt caſum:ſicut patet.2.phyſi.ſed via
Auerro.eſt in medio:quia ipſe tenet quod formæ iſtæ animatorum ſicut
eſt anima cognitiua hominis & omnes inferiores animæ ſunt eductæ de
potentia materiæ:non tamen inſequuntur mixtionem elementorum tan
quā cauſam effectiuam adæquatam:immo elementorum mixtio concur
rit in genere cauſæ materialis:ſed illud quod concurrit effectiue eſt vir/
tus informatiua exiſtēs in ſemine:& eſt motor extrinſecus qui eſt intelli
gentia ſeparata:a qua rememoratur talis virtus:& ita Commētator me/
dium tenens extrema dimiſit:ſibiipſi non obuiando.

In eodem commē.5.ſcribit Commentator reddens cauſam: quare ex 2 Cōment.5.
intellectu & intelligibili fit maxime vnum dicit quia illud quod fit ex
eis non eſt aliud ab eis:ſicut eſt compoſitum ex materia & forma: vide/
tur velle compoſitum ſubſtantiale dicere tertiam entitatem realiter di/ B
ſtinctam a partibus.Cuius tamen oppoſitum videtur ſentire primo phy
ſicorum.17. Soluitur, ibi a me:& illuc vide dico enim quod ibi lo/
quitur de toto integrali vt patet in litera:ſed de compoſito ſubſtantia/
li non poſſum videre quomodo non habeat aliquam vnitatem per ſe &
entitatem diſtinctam ab entitate partium.Dicant alij quicquid velint di
co quod mens Auerrois eſt iſta;ſicut ibi late probatum eſt.

3 In eodem cõmento dicitur quod in corporibus cæleſtibus non ſunt
Cõment. 5. plura indiuidua in eadẽ ſpecie oppoſitũ videtur.2.cæli.commẽ.59. vbi
C ponit omnia corpora cæleſtia eſſe eiuſdẽ ſpeciei. Soluitur, multotiẽs dixi tibi ſpeciem aliam vniuocam: aliam analogam eſſe: ſicut eſt de genere & differentijs: ſic in propoſito negat hic in corporibus cæleſtibus eſſe plura indiuidua in vna ſpecie vniuoce dicta: concedit tamen in talibus eſſe plura indiuidua in ſpecie analogice dicta quæ eſt ſecundũ prius & poſterius.

4 In eodem commen.5. ſuperius vbi iam diximus in ſolutione ſecundæ
Cõment. 5. quæſtionis ipſe declarans quomodo ex intellectu & intelligibili fiat maxime vnũ: dicit quia non fit aliud ab eis: ſicut eſt in compoſitis ex materia & forma. Sed huius oppoſitũ ſentire videtur.12.meta.cõmẽ.51. vbi habet quod in ſolo intellectu diuino intelligibile & intellectũ vnũ ſunt. Dico quicquid dicant moderni quod intellectus Auerrois iſte eſt: quod ex intelligibili & intellectu fit maxime vnum quia eſſe intelligibilis & eſſe intellectus ſunt vnum & fiunt vnum. Nam quid melius quã Auerroim per Auerroim interpretari? Dicit ſeipſum declarando.12. metaph. commen.39. intellectum cum intelligitur fit idem cum eo ſcilicet cum intellectu. Et ſubdit, & intellectus eſt illud qđ intelligitur. Et propter hoc dicitur quod intellectus ſit res intellecta. Et hoc eſt conſonum viæ Ariſtotelicæ: nam ipſe.3.de anima, habet quod anima eſt quodammodo omnia.37. Cognitum enim fit vnum cum potentia cognoſcente: & eſſe rei cognitæ: vt ſic eſt eſſe rei cognoſcentis. Iſta igitur identitas vniuerſaliter reperitur in omni potentia cognoſcente: & quanto potẽtia cognoſcens abſtractior fuerit: tanto maior eſt idẽtitas cogniti cum natura quæ cognoſcit. Et ſuprema virtus abſtracta a materia & a qualibet imperfectione eſt intellectus primi entis. Hinc eſt qđ ibi intellectus & res intellecta ſunt idẽ omnibus modis ſecundũ viam Auerr. vnde cum res intellecta ibi ſit diuina eſſentia in qua eſt omnis perfectio: omnis bonitas ſine aliqua dependentia vel potentia: vel quaſi potentia: illic eſt mare indeficiens bonitatum & perfectionum: inde ſparguntur flumina & riuuli entibus ſecundũ qđ vniuſcuiuſq; diſpoſitio requirit. Et hoc eſt qđ
D dixit Ariſto. in primo cæli. in tex. commẽ.100. Ideo intellectus diuinus eſſentiam diuinã aſpiciens omnia videt: quia videt illud quod eſt omnia eminenter: nam videt illud quod eſt ens per eſſentiam, nil aliud videt ſecundũ Auer. perfidum, niſi ſuam eſſentiam: ſicut inquit ipſe.12.metaphy. com.51. ſi quis cognoſceret naturam caliditatis exiſtentis in igne: non diceretur ignorare naturam caliditatis in alijs rebus calidis: vnde quarto phyſicorum cõmento.102. dicit. Si illud quod eſt calidum ſimpliciter eſt ignis ſimpliciter: illud quod eſt aliquod calidum eſt aliquis ignis. Sic cum deus ſit ens per eſſentiam: alia entia ſunt entia per participationem: alia entia aliquid diuinitatis participant: ſicut patet etiã.2.de anima tex. commen.34. &.2.cæli text.commen.64. & primo phyſi.81. Solum igitur in intellectu primi intellectus intelligibile eſt idẽ ſimpliciter & omnibus modis: quia ibi eſt entitas per eſſentiam ſolum & in nullo alio intellectu: quia in alijs eſt participatio entitatis: & non eſt fontalis plenitudo. Solum enim vnum eſt ens ſimpliciter perfectum: & illud deus eſt.5. metaphy. cõmen.21. Noluit igitur Commenta. abſolute quod intelligibile

non fiat

non ſiat idem cum intellectu in alijs intelligentijs:ſed voluit qđ omnimoda & ſimplex idētitas non eſt niſi in ſolo primo intellectu. Et ideo dixit.12.metaphy.51.quod deus intelligit entia eo modo quo nō eſt fas homini:immo eo modo quo nullus alius intellectus ea poteſt intelligere:diſputatione tertia ſolutione.18.dubij contra Algazelem in libro de ſtructionum.Et ideo fuit opinio eius:ſicut ibi patet quod in alijs intellectibus citra primum quilibet intelligit aliquid extra ſe:vnde,intellectus ſecundæ intelligentiæ intelligit primum extra ſe:quia ipſa prima intelligentia non eminenter continetur in eſſentia ſecundæ:ſed potius econtra.Et quia ſecunda intelligentia eminenter continet poſteriores:immo omnia alia dicimus quod nō intelligit ea ſecundū ipſum extra ſe:quia videndo ſeipſam videt illud quod eſt omnia infra ipſam.Et ideo voluit ſolū primū intellectū eſſe in cauſatū in quo intelligibile & intellectus ſunt idē per eſſentiā omnibus modis:ſed in alijs intellectibus ex parte eſt idētitas:& ex parte diuerſitas:ex parte eſt actualitas:& ex parte potentialitas:ſicut infra declarabimus magis.Nota iſta quia multi criſtato capite non potuerunt aſcendere ad hoc:vt intelligerent quomodo ex intellectu & intelligibili non fit aliud:ſicut ex materia & forma:& quomodo ſolum in primo intellectu eſt verum omnibus modis:& in alijs ſecundum quid:& hoc reſpectu primi:qa igiť materia nūquā fit forma:neq; forma vnquam fit materia:ſed ex materia & forma fit aliud:quod non eſt neq; materia neq; forma.Et iſtud eſt cōpoſitum ex materia & forma: & quia intelligibile fit intellectus & intellectus fit intelligibile:ideo nō fit aliud ab eis:ideo fit maxime vnum ex eis.Et licet in omni intellectu locum habeat ſimpliciter de ſolo intellectu verificatur omnibus modis.Et hoc declarabitur ſtatim quando declarabimus quomodo in omnibus intelligētijs eſt poſentia citra primam. E

In eodē cōmen.5.eſt cōtradictio:quia dicit intellectū agentē eſſe quaſi formā:& intellectū paſſiuū eſſe quaſi materiā:ſed oppoſitū ſcribit ipſe 12.meta.cō.17.dicit vbi quod intellectus poſsibilis reſpectu intellectus agentis eſt quaſi locus eius:nō quaſi materia. Solutio,in materia duę ſunt cōditiones:vna qđ de potētia eius forma materialis deducatur ad actū.Et quantū ad iſtam condictionē reſpiciens dixit Commentator in 12.metaphi.in com.17.quod eſt locus non materia intellectus poſsibilis reſpectu agentis intellectus.Nam intellectus agens nō eſt eductus de potentia intellectus poſsibilis:alia eſt conditio materiæ quod ipſa ſit informabilis per formā & perfectibilis per eam.Et quantū ad iſtam cōditionē intellectus poſsibilis habet rationē quaſi materiæ:non materiæ quæ formā mediātibus demenſionibus & qualitatibus recipit:ſed habet proportionē materiæ abſtractæ:quæ cōparata ad ſuū actū eſt ſicut potētia: nā via eius fuit ex intellectu poteſtatis.Et ex intellectu agente vnā intelligentiam reſultare quæ merito intellectus poſsibilis paſsiua eſt & receptiua:ſed merito intellectus agentis eſt productiua. Cōment. 5. 5 F

In eodē cōmē.in ſolutione tertięquæſtionis dicit. Nullā formā liberatam eſſe a potentia niſi primā formā:& per cōſequēs in omnibus intelligentijs circa primā aliqua eſt potentia.Huius tamen oppoſitū habetur primo phy.32.vbi dicitur qđ in ęternis nō differt poſſe ab eſſe &.12.met.cōmen.30.vbi dicitur qđ in ente æterno nulla eſt potētia omnino. Commē. 5. 6 G

Et idē habetur ibidē.35.41.&.44.&.2.cæli.32.33.&.34.vbi habetur
quod in ente æterno poſsibilitas eſt neceſsitas. Soluitur, potētia du/
plex pro nuncíquædā realis & phyſica:& iſta ſemper cū actu habet cō/
poſitionē facere:alia eſt potentia quæ nihil reale dicit:& iſta cōmuni vo
cabulo potentia logica nuncupatur. Dico autē potētiā logicā ens ratio/
nis per actū collatiuū intellectus cauſatū ex nō repugnātia terminorum
ſecundū qd' non repugnāt. Dico nūc quālibet intelligentiā circa primā
dupliciter cōſiderari poſſe. Et ſub ratione generis:& ſub ratiōe ſpeciei:
nā intelligētia ſaturni poteſt cōcipi:& inquātū ens:& inquātū tale ens.
Si autē conſiderata fuerit inquātū ens eſt:nō repugnat ſibi quod maiorē
perfectionē habeat:quā ſit illa quā actu poſsidet:quia ſi ſibi latitudo ma
ioris perfectionis repugnaret inquātū ens:ita quod ratio formalis entita
tis eſt precíſa cauſa iſtius repugnātiæ:tūc cuilibet enti iſtud repugnaret:
& per cōſequēs primo enti qd' falſum eſt & impoſsibile:& eſt ſimile: ſi
talpę repugnaret viſio inquātū animal:tūc cuilibet animali repugnaret.
H Et ideo ſub ratione generis ſecūda intelligētia potentiā & priuationem
aliquā includit quæ tamē nihil reale dicit ſed ſolū nō repugnantiā. Si au
tem cōſiderata fuerit ſub ratione ſpeciei:inqnantū ſcilicet eſt tale ens in
tali gradu entitatis ordinatū:& ſic ſecundū philoſophos omnis perfectio
apta nata ſibi cōpetere ſub ratione qua talis ab æterno ſibi ineſt. Et ſe/
cundū hunc ſenſum dixerūt in æternis non differre potentiā ab actu. Et
quia ſola prima intelligentia habet omnē perfectionē poſsibilē reperiri
in habitu entis:cū ſit rectius entitas quā ens:vt videbimus ſtatim: inde
eſt quod in ea nulla eſt potētia:nec ratione generis:nec ratione ſpeciei:
omnes autē citra primā priuatæ ſunt gradu aliquo entitatis & bonitatis
ſub ratione entis:nulla autē ſub ratione talis entis potentiā aliquā habet
ſub ratione qua talis:ſic igitur applica ſingula ſingulis:& ſolue & con/
corda ea quæ in apparentia diſſonare videntur.

Cōment. 5. Ibidē dicit Auer. quod ſolū in prima intelligētia quiditas & eſſentia
7 idē ſunt:in alijs autē differt quiditas ab eſſentia. Sed huius oppoſitū nos
inuenimus in.3.de anima tex.commē.9.vbi abſolute philoſophus in ab
ſtractis videtur vniuerſaliter concedere quiditatē & eſſentiam idem eſſe:
&.7.meta.tex.commē.41.hoc idem habetur. Debes ſcire pro ſolutione
Auer. voluiſſe quiditatē & eſſentiā nō eſſe nomina ſynonyma:quia talia
ſecundū ipſum nō vſitantur in doctrina demōſtratiua:niſi forte ad expo
nendū:tamen in pręſenti loco diſtinguatur:quia ſub proprijs rationibus
ſumuntur:vnde ſcias quiditatē eſſe abſtractius quā ſit eſſentia: vnde qui
ditas ſolū actum dicit:& ab actu nomen quiditatis eſt deriuatum: vnde
ſecundū ipſum.7.metaphy.21.&.34.tota quiditas eſt a forma. Eſſentia
autē eſt maioris ambitus: quia cōpetere poteſt:& entibus in actu:& enti
bus in potentia. Et ideo ſecundū principia ipſius habemus cōcedere ma
teriā eſſentiā eſſe:ſeu naturā quiditatē vero minime: ſimiliter habemus
cōcedere materiā eſſe de eſſentia cōpoſiti:nō habemus aūt cōcedere ma
teriā eſſe de quiditate cōpoſiti:vnde primo phy.cō.5.in fine cōmēti. di/
citur qd' materia & forma ſunt partes qualitatiuæ, id eſt, partes eſſentia
les cōpoſiti:nō tñ tā materia q̄ forma ſunt partes q̄ditatis cōpoſiti: ſed
tota cōpoſiti q̄ditas forma eſt:illud igiť q̄ in reb' iſtis ex materia & for
ma cōpoſitis facit q̄ditatē ab eſſentia differre eſt materia q̄ eſt radix po/
tentialita

tentialitatis:ſic pariformiter manuducã intellectũ tuũ a ſimili ꝓcedẽdo vt intelligas quomodo ſolũ in prima intelligentia eſt quiditas & eſſentia vnũ & idẽ omnib⁹ modis:reuoca in memoria ea quę pauloante dixi, videlicet ꝙ ſola prima intelligẽtia & ſub ratiõe generis: & ſub ratione ſpeciei cõſiderata eſt actus puriſsimus:oẽs aliæ citra primã aliquã potẽtiã habẽt:ſaltẽ ſub ratiõe generis:quia igiť ratio in reb⁹ materialib⁹ per quã quiditas ab eſſentia differebat:erat potẽtia annexa cũ actu. Si igiť in primo ſit actus ſine potẽtia ſolũ ſequiť ibi ſolũ quiditatẽ & eſſentiã idẽ eſſe. In alijs autẽ cum ſit compoſitio ex actu & potẽtia:nõ ſicut ex poſitiuo, & poſitiuo:ſed ſicut ex poſitiuo & priuatiuo : vt ſupra declaratũ fuit:& longe ante nos ſubtiliſsimus doctor in octaua diſtin. primi.q.2. pulcherrime declarauit ſequitur ergo quod in talibus quiditas & eſſentia quoquo modo:vt dixit Cõmenta.idem nõ ſunt:ſed intellectus ſubtilizans dubitare poſſet propter quid dixit:quoquo modo nõ ſunt idem. I

Soluitur.in rebus compoſitis ex materia & forma ſimpliciter:& ſine additione aliqua.concedendũ eſt quiditatem & eſſentiã nõ eadem eſſe. Sed in intelligentijs circa primã abſolute illud non concedit Cõmentator:ſed cũ ly quoquo modo quæ eſt dictio diſtractiua. Et ratio eſt iſta: quia in iſtis inferioribus eſt vera cõpoſitio ex potentia vera reali & forma:& in talibus ſequitur ꝙ eſſentia & quiditas non ſunt idem ſimpliciter:ſed in abſtractis:quia ibi non eſt phyſica potẽtia:ſed logica tantum: quæ eſt ens rationis:pro tanto dixit ꝙ quoquo modo in eis quiditas & eſſentia non ſunt idem. Dixit etiam quoquo modo: quia in talibus non eſt potentia:niſi ſub ratione generis non ſub ratione ſpeciei: & ideo aliquo modo in eis quiditas & eſſentia idem ſunt:& aliquo modo nõ idẽ ſed in rebus materialibus tam ſub ratione generis ꝙ̃ ſub ratione ſpeciei quiditas & eſſentia nõ ſunt idem. Et quia in ſolo primo ente vt dixim⁹ quiditas & eſſentia idem ſunt:ideo dixit Auer.in lib. deſtructio deſtructionũ.diſpu.6.in ſolutione.6.dubij.ꝙ prima cauſa eſt quiditas abſoluta.& omnia alia entia quiditatem habent. Ex his applica & ſolue. L

In commen.20.dixit Auer.quod intellectus in potentia prius applicatur nobis ꝙ̃ agens. Huius oppoſitum patuit com.18.&.36. niſi eſſet, quod intellectus poſsibilis eſt prior origine:ſed intellect⁹ agẽs eſt prior prioritate perfectionis:aut aliter cum intellecto quæ ſit in nobis duplex ſit:& per intellectum ſpeculatiuum & per intellectum adeptum intellectus poſsibilis quo ad primam intellectionem præcedit intellectũ agentem quo ad ſecundam:quia ſecũda primã ſupponit.3.de anima.36. licet vt dictum eſt:ſecunda longe perfectior ſit prima ſecundum ipſum. Cõmẽ.20. 8

In commento.26.dicitur ꝙ formatio intellectus eſt ſemper vera. Sed oppoſitum habetur in commẽ.21.vbi dicitur ꝙ formatio intellectus nõ eſt vera neꝙ falſa. Debes ſcire ꝙ Cõmentator per formationẽ hic intellexit primã operationẽ intellectus:qua quiditas ipſa ſimplex in ſe apprehendiť per intellectũ:& quia quiditas ipſa forma eſt:ideo ab ipſa formatio dicitur:aut quia intellectio talis mediãte ſpecie ſit:quæ apud arabes etiã forma nuncupatur:ſicut al's declaraui. Circa autẽ talem intellectionem diſtinguendũ eſt:nam aut illud quod apprehenditur eſt conceptus ſimpliciter ſimplex:& talis in ſe cõſideratus nõ habet aliquid per quod poſsit ſciri:& aliquid ꝑ quod poſsit ignorari: & circa talẽ nulla poteſt Cõmẽ.26. 9

eſſe deceptio in intellectu:immo ibi veritas eſt:talis aūt veritas in prima operatiōe intellectus conſiſtens non eſt formalis veritas:quæ ſcilicet in cōpoſitione vel in diuiſione cōſiſtat:ſed ſolū conſiſtit in hoc ꝙ obiectū ita ſe offerat potentiæ cognoſcenti ſicuti ipſum eſt in ſe.ſi autem con-

M ceptus fuerit ſimplex qui ſimplici actu intelligentiæ concipi poſsit: ſit tamen conceptus ille reſolubilis in quid & in quale. in talibus poteſt contingere falſitas virtualis:puta ſi intelligeretur homo irrationalis: & de hoc loquebatur philoſophus.5.meta.t.com.34.quādo dicebat quod falſa in ſe ratio nullius eſt ſimpliciter ratio. Ibi enim eſt falſitas virtualis:virtualem autem falſitatem appello:quando obiectum concipitur in actu ſimplicis intelligentiæ ſub aliqua ratione ſibi repugnāte.Sed quando eſſet copula formalis:tunc etiam eſſet falſitas formalis. Ad propoſitum ergo prima operatio intellectus eſt ſemper vera ſeruatis illis conditionibus:& veritas illa conſiſtit in hoc ꝙ obiectum ita præſentet ſe intellectui ſicuti eſt:veritas enim eſt adæquatio rei ad intellectum quando autem dixit Commen.quod non eſt vera neqꝫ falſa:intellexit de veritate & falſitate:quæ in compoſitione & diuiſione conſiſtit:quia talia ſolū in ſecunda intellectus operatione habent fieri.

In com.27.habet Auer.ꝙ ſcientia in potentia generatur a ſcientia in
Cōm.27. actu.Sed huius oppoſitū habet.3.de anima.cōmento.5.in ſolutione ter-
10 tiæ quæſtionis.vbi habet hoc pro inconuenienti:quia tūc ſcientia quæ eſt in magiſtro eſſet generans ſcientiam quæ eſt in diſcipulo: ſicut ignis generat alium ignem ſibi ſimilem.Debes ſcire ꝙ Auer.hanc conſequentiam & rationem accepit a The.ſuper.3.de anima.ca.32.&.33.Themiſti⁹ autem videtur deduxiſſe illud ex ſentētia Platonis. inquit enim cap.32. Quod ſi cui extrema opinio incredēda videatur:omnes homines qui ex actu & potentia conditi dicimur ad vnicum intellectum agentem referri vnde conſiſtimus ſumuſqꝫ homines.Nihil eſt: quaōbrē auerſari abſterriue debeat:vnde enim communes illæ animi conceptiōes prænotioneſqꝫ communes omnibus haberentur: vnde ingenita illa impreſſaque omnium mentibus primorum notitia conſtitiſſet natura duce: nulla ratione:nulla doctrina? vnde poſtremo intelligere mutuo & intelligi viciſsim poſſemus? niſi vnus ſingulariſqꝫ intellectus fuiſſet: quē cōmunē

N oēs homines haberemus.Quocirca veriſsime illud apud Platonem legitur.Niſi inquit hominibus cōmunia eſſent multa:ſed propriū quid aut impromiſcuū contineretur in ſingulis:nō eſſet admodū facile oſtendere & ſignificare alteri voluntatē ſuā:hæc ille.Nos autem al's declarauim⁹ Platonis auctoritatem non procedere de intellectus vnitate:cum totum ſtudium academicorum ſit in pluriſicatiōe & immortalitate animarum humanarū:ſed illud dictū Platonis erat propter ideas ponendas : nā niſi eſſet vna cōmunis idea in qua homines conuenirent:nō facile alter alteri ſuos conceptus poſſet exprimere. Iſta autē ratio Themiſtij & Auerrois vt al's deduximus multas habet inſtantias:ſed quicquid ſit pro nunc dico ſecundum ipſum:ſcientiam non poſſe generari a ſciētia:ſicut ignis generaꝛ ab igne:hoc aūt ſequitur ſecundū ponētes pluralitatē intellect⁹:vt ipſe opinaꝛ:quod quomodo declaraꝛ nō eſt præſentis negocij: ſi qua tū eſt declaratio vide quæ dixit Themiſti⁹:& iſto modo negauit ipſe generari ſcientiā a ſciētia,Tamē ꝙ ſcientia abſolute alia via nō poſsit generari

rari quantū ad indiuiduū nullibi ipſe dixit hoc:immo præſens cōmentū
eſt cōtra illos q tenēt noſtrū ſcire eſſe reminiſci ſecundū Auerroē.ſed vi
deāt quæſo cōmentū ſecundū primi poſteriorū & cōmentū.48.&.49.
primi meta.&.7.meta.cō.58.& in fine ſecūdi poſteriorū. & in cōmēto
ſup libro de ſenſu & ſenſato ī colūna tertia.&.3.de aīa.cōmē.5.&.20.
&.6.ethicorū.cap.4.& tūc videbūt vtrū iſta fuerit opinio Auer. necne
Iſta voluimus notare:ne verboſitas aliquorū mentē Auer.peruerteret.

In commento.29.habetur quod delectatio non eſt in intellectu. Sed Cōmē.29.
huius oppoſitum habetur. 12. meta.t. com.39. Soluitur.in intellectu 11
non eſt delectatio eiuſdem rationis cum illa quæ eſt in ſenſu: ſed bene
alterius rationis poteſt delectatio eſſe:vide Themiſtium in.3.de anima
cap.47.& intelliges hoc.

In eodē cōmēto fuit oppoſitū nobis:nā ibi dixit Cōmētator ꝙ pro- Cōmē.29.
priū appetitus ſenſitiui & deſiderij ſenſibilis eſt cū præſentia obiecti ſen 12
ſati.econtra aūt eſt de appetitu intellectuali.Sed huius oppoſitū induce-
batur de animalibꝰ perfectis:quia talia habēt imaginationē & deſideriū
reſpectu abſentiū ſenſatorū:ſicut patet.2.de anima.156.&.20.Nec va-
let ſi dicatꝰ ꝙ ibi loquitꝰ de imaginatione:non aūt de deſiderio: nā deſide
rium conſequitur imaginationē:ſicut vmbra cōſequitur corpus. Sol-
uitur.iſta differentia intelligitur cum præciſione: ſicut dicitur in ſimili
de vniuerſali & ſingulari:vt ſunt obiecta ſenſus & intellectus.

In commento.33.dicit Commentator ꝙ cogitatiua nō componit in- Commē.33.
telligibilia ſingularia.Huius oppoſitum patet in hoc tertio commento 13
21.&.20.Cōfirmatur.quia cogitatiua apparet intellectus particularis: O
eo quia homo per ipſum particulariter diſcurret. Soluitur dictū Cō-
mentatoris hic intelligitur ſano modo:& ſenſus eſt iſte: cogitatiua non
componit ſingularia, id eſt terminos ſimplices: qui tamen vniuerſales
ſunt:quia hoc pertinet ad intellectum qui eſt ſuperior cogitatiua.ſingu-
lare hic non ſumitur vt diſtinguitur contra vniuerſale:vt intelligit con
tradicens.Sed vt diſtinguitur contra compoſitum.

Dicit commento.34.ꝙ bonū & malum verū & falſum ſunt in eodē Cōmē.34.
genere.Sed oppoſitum huius patet.6.meta.tex.cō.vltimi.vbi habet ꝙ 14
bonum & malum ſunt in rebus: ſed verum & falſum ſunt in intellectu. P

Soluitur.ꝙ bonum & malum dupliciter poſſunt ſumi.vno modo vt
mouent in genere cauſæ efficientis:alio modo vt mouent in genere cau-
ſæ finalis:ſi primo modo ſic bonum & malū ſunt in anima ſicut verū &
falſum:& ſic ſunt in eodē genere:quia vtrūꝗ eſt cognitio.nam.12.met.
com.36.balneum in anima mouet vt efficiens.& Balneū extra animam
mouet vt finis:& ideo ſi conſiderentꝰ vt mouent in ratiōe finis, ſic habēt
eſſe in rebus:de hoc tamē latius dicemus in commento vltimo. 6.meta.

Auerrois com.36.in recitando opinionem Themiſtij dixit, ꝙ ponen Cōmē.36.
do intellectum abſtractum:tunc hoc verum eſt ꝙ id quod eſt magis viſi 15
bile magis comprehenditur. Sed oppoſitum huius patet.2. meta. com. Q
primo. Soluitꝰ.dictū eius hic intelligitur ſic. ꝙ ſi intellectꝰ abſtractus
intelligit res materiales imperfectas:multomagis aptꝰ eſt intelligere res
abſtractas perfectas:hoc tamen non eſt ſibi facile ſed difficile: & ita di-
xit.2.meta.com.1.ꝙ exēplum illud philoſophi de viſu noctuæ reſpectu
luminis diei nō oſtēdit impoſſibilitatē:ſed difficultatē:dico ꝑ locū a mi

nori quod ſi intellectus iſta imperfectiora intelligit: multomagis apt⁹ eſt
intelligere res ipſo perfectiores: ſicut deus eſt & abſtractæ ſubſtãtiæ: hoc
tamẽ nõ eſt ſibi facile: ſed laborioſum propter ipſum in cognitione no-
ſtra naturali dependere a ſenſatis.

Cõmẽ.36. In eodem com.36. in illa parte in qua reprehendit Alex. videtur habe-
16 re pro inconuenienti qđ æternũ in ſua actione indigeat aliquo corrupti-
bili: ita qđ ex eis fiat vna actio. Sed huius oppoſitũ patet.3. de anima. cõ.
18. de intellectu agente & phantaſmate. ſimiliter.7. met. cõ.21. &.2. phy.
tex. cõ.26. vbi dicitur qđ ſol & homo generant hominẽ. Soluit. Cõ-
mẽtator negat eternũ nõ poſſe cõiungi corruptibili eo modo quo Alex.
ponebat: quia ſicut ſibi imponit Auer. ipſe Alexã. tenuit intellectũ poſſi-
bilem eſſe generabilem & corruptibilem: & poſuit intellectum agentem
R abſtractũ eſſe qui apud Alex. deus eſt. & dixit quod in copulatione intel-
lectus adepti deus vniebatur formaliter intellectui poſſibili: hoc aũt nõ
poteſt intelligere Commentator: nam ſi aliquod abſtractum informaret
corruptibile aliquo modo a corruptibili depẽderet: & ideo caueant qui
ad intentionem eius tenent animã intellectiuam dare eſſe formaliter ho-
mini. illud autem quod de phantaſmate & homine allegabatur nihil mo-
uet: tum quia phantaſma nõ eſt materia intellectus agentis: nec virtus in-
formatiua hominis eſt materia reſpectu ſolis in hominis productione: ſi-
cut intellectus poſſibilis erat materia ſecundũ Alexã. reſpectu intellect⁹
agentis in copulatione: tum etiã quia phantaſma Sortis & Platonis non
eſt primũ inſtrumentum intellectus agentis: ſed ſecundarium & extraneũ
quoquo modo: ſicut patet.3. de aĩa.5.19.&.20. commentis. Nam ſicut
dicit Auicẽ. ſpecies eſt in prima intentione naturæ non indiuiduũ niſi p
accidens. Et ita dicendum puto de ſole & homine: ſed de hoc latius vi-
de.8. phy. commẽ.15. vbi declaratur quomodo nouitas ſit in effectu deri-
uata a voluntate antiqua: & quomodo non.

Cõmẽ.36. In eodẽ commẽto.36. in illa parte in qua ponit opinionẽ ſuã, dicitq
17 intellectus in habitu eſt per quẽ extrahimus intellecta. Huius tñ oppoſi-
tũ ſupra dixerat cõtra Alexandrum hoc idem opinãtem. Soluitur ibi-
dem vbi cõtra Alexãdrum arguit & cõtra Auempace: ibi enim dicit. &
etiã quomodo attribuitur actio propria intellectui quæ eſt facere intelle-
cta intellectui generabili & corruptibili. ſ. quæ eſt in habitu. Niſi quis
ponat qđ intellectus qui eſt in habitu ſit intellectus agẽs compoſitus cũ
intellectu materiali: vt. d. Themiſtius: aut ponat qđ forma nobis qua ab-
ſtrahimus intellecta: & intelligimus ea eſt compoſita ex intellectu in ha-
bitu & intellectu agente: vt Alexander & Auempace ponunt: ſicut nos
etiam reputamus eſſe apparens ex ſermone Ariſtote. in intellectu in ha-
bitu: ergo non diſcordat ab Alexandro: niſi pro quanto ponebat intelle-
ctum materialem qui eſt pars ipſius eſſe corruptibilem: non autem in
modo ponendi.

Cõmẽ.51. Dicit Auer. commento.51. qđ bonum actuale cõmune oĩbus eſt lau-
18 dabile. Oppoſitum primo ethicorũ. cap.16. Soluitur. ſumitur laudabi-
le ethicorum primo ſtrictius quã hic: quia ibi ſumitur vt diſtinguitur cõ-
tra honorabile hic autem lato vocabulo ſumptum eſt.

Cõmẽ.66. In commẽto.66. d. Cõmẽtator ꝙ tactus comprehẽdit ſenſibile ſuum
19 ſine medio. Huius tamen oppoſitum patet.2. de anima. cõ.107.108.115.

Soluitur

Soluitur. tactus quantum eſt merito receptionis non indiget medio,
ſed per accidēs & merito cōtractus nihil prohibet ipm̄ medio indigere.

Concordantiæ ſuper libro de ſenſu & ſenſato.

Scribit Cōmētator ſup cōmēto libri de ſenſu & ſenſato ꝙ virtu-
tes diuerſificātē adinuicē ſecūdū fortitudinē & remiſsio-
nē. Vide oppoſitum huius. 7. phyſico. commento. 20. ad finem cōmēti.
Soluitur, non ratione ſui (quia in indiuiſibili conſiſtunt) diuerſitas S
virtutum eſt, ſed eſt merito diſpoſitionum & merito ſui inſtrumenti, ſi-
cut patet primo de anima. tex. com. 65. vbi dicitur. ſi ſenex accipiat ocu-
lum iuuenis, videbit vtiq; vt iuuenis.

Concordantiæ Auer. ſuper primo capitulo de ſubſtantia orbis.

DICIT Auerrois in primo capite de ſubſtantia orbis, ꝙ
vnum compoſitum habere niſi vnam formam eſt impoſsi-
bile. Huius oppoſitum patet ab ipſo in. 3. cæli, commento
67. vbi ponit plures formas elementorum in eodem rema- T
nere. Soluitur. ipſe ſentit loquendo de formis ſubſtantia-
libus perfectis & totalibus quod in vno compoſito non eſt niſi vna tan-
tum: nam cum illa conſtituat rem in actu ſimpliciter quælibet ſuperue-
niens eſſet accidens, fallit autem de formis quæ non ſunt veræ ſubſtan-
tiæ: ſed ſunt quaſi mediæ inter ſubſtantiam & accidentia, quales ſunt
formę elementorum apud ipſum, & ideo caueant ponentes formam cor-
poreitatis in via eius, & multomagis caueant tenentes in via eius animā
intellectiuam eſſe formam vere informantem, quia iſta nunquam fuit
opinio eius. Et ſi veritas ſit iſta vt catholice confitemur.
Potentia eſt differentia ſubſtantialis materiæ dicit Commentator in V
eodem commento. Sed huius oppoſitum patet primo phy. commento
70. Vide primo phyſi. commento allegato, quia ibi diffuſe diximus.

Super ſecundo capitulo de ſubſtantia orbis.

In ſecundo capitulo dicit Commē. ꝙ cælū indiget anima mo- X
uēte ipſum in loco & virtute mouēte ipſum ſem-
per. Sed huius oppoſitū patet in. 2. cæli. com. 6. Soluitur. negatur. 2.
cæli. t. c. 6. cælum habere animam qualem antiqui ponebant, quia credi-
derunt permanentiam illius animati corporis eſſe eiuſdem rationis cum
iſtis quæ ſunt hic, non negatur tamen cælum animatum eſſe pro quan-
to habet principium ſeparatū a quo mouetur, & per quod appetit, ſicut
patet primo capitulo de ſubſtātia orbis, in fine, vbi dicit. & nō fuit cæ-
lū dictū habere animā. Et hoc eſt rationabile, nā vt ſcribit Cōmen. 8.
phy. cōmē. primo. principiū motus de oībus mobilib⁹ eſt, ſicut anima
de rebus viuis, & hoc non intelligūt moderni qui ponūt intelligētiā ve-
re cælū animare, q̃a nō poſſunt eleuare imaginatiuā ſupra cogitatiuam.
Ibidē Cōmen. dicit ꝙ cælū de ſe habet finitatē ſuæ actionis. Hui⁹ tñ Y
oppoſitū patet ab ipſo in. 3. capitulo huius vbi dicitur. ꝙ cælum recipit
actionū infinitatē, ſir̃ cōtradicit illi q̃d immediate dixerat, & eſt ꝙ cæ-
lū eſt ſimplex, & ideo nō habet potētiā ad corruptionē. Soluit. cælū
reſpectu mot⁹ localis de ſe finitatē habet, q̃a pōt q̃eſcere ſi pro orbe tm̃
ſumat cælū: nā infinitas mot⁹ ei⁹ totaliter eſt ab extrinſeco motore cæ-
lū reſpectu ſui eſſe nō habet principiū intrinſecū per quod poſsit nō eē.
ſicut ſunt iſta generabilia, quia tale principiū eſt materia prima, bene tñ

cælum habet principiū extrinſecū dans ſibi permanentiā æternā & conſeruans ipſum in ſuis diſpoſitionibus neceſſarijs, & ſi tale principium non eſſet ita eſſet de ſubſtantia cæli inquit commentator hic, ſicut eſt de eius motu & eſt locus iſte expreſſus contra Gregorium ariminenſem qui voluit æterna & neceſſaria non habere cauſam efficientem cælū igitur bene poteſt recipere actionem infinitam, cum æternum ſit, ſicut dicitur.3.ca.de ſubſtātia orbis.ſed cauſa effectiua ſui perpetui motus nō eſt ipſum, ſed eſt abſtractū principium, ſic igiť mēs Auerrois ſibi cōcordat.

Super tertio capitulo de ſubſtantia orbis.

Dicit Commentator in.3.capitulo de ſubſtantia obis. ꝙ cælum eſt ſubiectum tantum non materia. Huius oppoſitum patet. 9.
3 meta.commento.17. Soluitur.nomen materiæ quandoq; diſtinguitur contra formam, & quandoq; diſtinguitur contra ſubiectum. Et primo quidem modo ſumpſit Auer.ix.meta.commen.17.quando dixit nihil prohibet vt cælum ſit materia, ſed prohibet vt ſit forma. Et ratio huius eſt, quia.2.de generatione.53.textu.materiæ eſt moueri & pati, formæ vero agere & mouere, quia igitur cælum mouetur, ideo poteſt habere rationem materiæ, vt ex eo & intelligentia ſit vt vnum motum ex ſe, quia omne tale ex duabus naturis componitur, ſcilicet natura cauſante motum, quæ habet modum formæ, & ex natura recipiente motum quæ eſt natura per modum materiæ, ſicut patet in primo capitulo huius. & ex hoc patet error multorum Auerroiſtarum qui videntes ꝙ Commentator tenet cælum ſecluſa intelligentia non eſſe compoſitum ex materia & forma, crediderunt cælum eſſe formam ſimplicem de intentione ei9, & hoc nunquā dicit Auer.bene dixit vltimo capitulo de ſubſtantia orbis, ꝙ mediat inter puram potentiam & actum purum, nunquam tamen abſolute dixit cælum actum aut formam eſſe. Sed bene quando cælum comparatum ad iſta inferiora dicitur quaſi forma, ſicut patet primo cæli cōmento.24, & ſecūdo de generatione & corruptione. tex. cōmenti 50.vbi dicitur ꝙ forma & finis in terminis omnium. Si autem materia ſumatur, vt diſtinguitur contra obiectum ſic cælum verius dicitur ſubiectum quam materia, quia materia iſto modo vt cōtra ſubiectum diſtinguitur, dicit carētiam formæ cum aptitudine ad illam, ſicut pulchre declarat Themiſtius primo phyſi.in digreſsione ꝓpria quam facit de potentia materiæ, & quia cælum non habet potentiam ad eſſe, ideo verius ſubiectum dicitur quam materia, & ſic loquutus eſt Commentator hic dum dixit cælum ſubiectum eſſe non materiam.

Super vltimo capitulo de ſubſtantia orbis.

In ultimo capitulo de ſubſtātia orbis.d.Cōmētator ꝙ corpora cæleſtia ſunt diuerſarū ſpecierū.Oppoſitū huius patet ſecūdo cæli.com.39. &.40. Soluitur.duplex ſpecies, analoga & vniuoca, vt ſæpe diximus corpora cæleſtia ſunt eiuſdē ſpeciei analogicæ:non ſunt eiuſdem ſpeciei vniuoce, ſed vt ſic ſunt diuerſarū ſpecierū.

Cōcordantiæ Auer.ſuper metaphy.Ariſt.& primo ſup primo libro.

Commē.1.
1 AGGREDIAMVR nunc obſecro dicta Auer.in metaphyſicis, inquit ipſe commēto primo primi metaphy.ꝙ materia non vere generatur neq; corrumpitur. Huius autē oppoſitum meminimus nos legiſſe ſuper primo phy. commen. 60. Sol

60. Soluitur, materia vere generatur & vere corrumpitur ſubiectiue, motus enim eſt in moto & non in motore, & quia ſubiectum generationis & corruptionis eſt materia, propterea dicimus nos ipſam vere generari & vere corrumpi, quia ſcilicet ſubiectum eſt. Materia non vere generatur neq; vere corrumpitur tanquam generationis aut corruptionis terminis. Primo modo loquitur primo phy. com. 60. ſicut ipſe ſeipſum ibi declarat. Secundo modo loquitur hic, & etiam loquutus eſt philoſophus primo phyſi. tex. com. 82. Dicant alij quicquid velint, diſtinctio vera eſt in ſe, nec aliter dicta Auerrois adinuicem conciliari poſſunt. A

In commento tertio primi huius, dicit Auer. ꝙ forma hominis nō eſt homo. Huius oppoſitum patet per ipſum. 7. meta. 34. & 21. Dico ꝙ ſolutio patet ex commento. 21. ſeptimi metaphyſice, quia ibi dicitur ꝙ homo poteſt dupliciter ſumi. vno modo pro ſui quiditate, & cum ſua quiditas ſit ſua forma. nam materia nec eſt pſoprie quiditas, nec quiditatis eſt pars, ſic forma hominis homo dici poteſt, ſi autem homo ſumatᷓ pro eſſentia hominis quæ quia compoſita eſt ex materia & forma, ſic hominis forma non eſt homo, quia forma eſt altera pars eſſentiæ hominis, & altera eſt materia. etenim materia & forma ſunt partes eſſentiales compoſiti, ſicut patet primo phyſi. commento. 5. & . 7. met. 37. & ideo refert dicere in via Auer. aliquid eſſe de eſſentia alicuius, & aliqd eſſe de quiditate illius, ſicut ſupra declaraui in tertio de anima ſuper commento primo, quiditas eſt quid magis abſtractum quam eſſentia. Conſimiliter materia bene dicitur eſſentia quædam aut natura quiditas, tamen proprie loquendo dici non debet, ſed ſi quādoq; diciturſumit pro eſſentia, & ideo aliquid poteſt eſſe de eſſentia, quod tamen non erit de quiditate illius, ſed ſolum vehiculum quiditatis, & tale eſt materia ſecundū ipſum, & per iſtam diſtinctionem ſoluuntur omnia argumenta Subtilis doctoris in. 7. meta. & in tertio ſententiarum diſtinctione. xxij. quæſtione vnica, ſi bene aduertis, & etiam per iſtam diſtinctionem ſoluitur contradictio, quia forma hominis eſt homo vno modo, & forma hominis non eſt homo alio modo. vide commentum. 21. ſeptimi meta. & intelliges totū, quod diximus eſſe de intentione Auerrois. Commē. 3. 2 B

In commento. 12. videtur ponere formas mixtorum diſtinctas eſſe a formis elementorum, & per conſequens ponit pluralitatem formarum. Huius tamen oppoſitum patet primo capitulo de ſubſtantia orbis. Solutionem quære ibidem. nam ſuper illo loco diffuſe dixi. Commē. 12 3

Raritas & denſitas ſecundum Auer. 15. commento primi metaphyſi. ſunt de prædicato ſitus. Huius tamen oppoſitum dicitur. 7. phyſi. cōmē. 15. vbi dicitur quod ſunt qualitates, & . 4. phyſi. commento. 84. vbi dicitur, ꝙ ſunt quantitates. Soluitur. ſupra. 4. phyſi. 84. dixi de hoc. & etiam. 7. phy. 15. non oportet igitur tertio repetere, non te pigeat reuoluere chartas. Cōmen. 15. 4 C

In eodem commento. 15. dicitur ꝙ impoſsibile eſt vt idem recipiat paſsionem & tranſmutetur de contrario in contrarium. Huius tamen inſtantia patet primo phyſi. 63. de materia prima, & primo de ſubſtantia orbis. & in quampluribus alijs locis. Soluitur. intelligitur dictū eius de ente in actu nō de ente in pura potentia, ſicut eſt prima materia. Nam ſi ens in actu inquantum in actu idem manens mutaretur de con- Cōmē. 15. 5 D

trario in contrarium, tunc ſimul & ſemel eſſet in actu & in potentia reſpectu eiuſdem, quod non capit intellectus philoſophorum.

Com. 17. In commento. 17. dicit ex ſententia Alexandri genus a materia differre. Huius in oppoſitum videtur. decimo meta. tex. commen. 24. Sol-
6
B uitur. genus non eſt vera materia, vt dicit Commentator hic. quia materia talis non eſt actus aliquis, nec actum habens: neque vniuerſalem, neque particularem, ſed eſt pura potentia, & ideo caueant ponentes formam corporis ſubſtantiæ materiæ primæ coæternam eſſe. tunc enim materia eſſet corpus aliquam formam vniuerſalem habens, & ita nulla eſſet differentia quam ponit Auerrois hic, inter genus & materiam. Genus eñi non dicit puram potentiam, ſicut prima materia, & per hoc a materia differt, nec dicit vltimum actum non contrahibilem per alium actũ quidditatiuum ſicut differentia ſpecifica dicit. Sed dicit quandam formam generalem, quæ mediat inter puram potentiam & actum completũ qualis eſt vltima differentia. & ideo genus poteſt prædicari, non autem materia, quia prædicatum vt dicunt logici habet modum formæ, & quia genus aliquam formam dicit, non autem materia, inde eſt ꝙ illud prædicatum eſſe poteſt, illud vero minime. Tamen licet genus vera materia non ſit, tamen eſt materiæ proportionale, ſicut dicit Porphyrius capitu-
F lo de differentia, nam quemadmodum ex materia & forma fit vnum per ſe compoſitum, ſic ex genere & differentia fit per ſe vna ſpecies, & quia ſicut materia in phyſica compoſitione contrahitur qualificatur & perficitur per formas, & ſubſternitur formæ tanquam ſubiectum, ſicut genus perficitur contrahitur & actuatur per differẽtias & ſubſternitur eis, ſicut perfectibile ad perficiens, & ſicut ſubiectũ ad formam, & inde fuit ꝙ modus prædicandi generis fuit in quid, & modus prædicandi differentiæ fuit quale, quia genus prædicatur per modum per ſe ſtantis, differentia autem per modum informantis, & alteri adiacentis, & per modũ qualificantis prædicatur, & ideo genus in quid, & differentia prædicatur in quale. Solutio ergo contradictionis ſtat in hoc puncto, genus non eſt vera materia, genus tamen eſt materiæ ſimile.

G Vniuerſale intellectum, inquit Commentator commento. 28. primi meta. eſt prius ſecundum cauſam, eo quod eſt ſub eo. Huius tamen op-
Com. 28. poſitum patet primo de anima commẽ. 8. Soluitur. iſtud dictum pro-
7 cedit de vniuerſali Platonico, quod erat per ſe exiſtens ſeparatum a ſin-
H gularibus, ſed dictum primi de anima commen. 8. locum habet de vniuerſali Ariſtotelico, ſicut patet etiam. 12. meta. commen. 4. vbi dicitur quod vniuerſalia apud Ariſt. ſunt collecta ex ſingularibus ab intellectu qui accipit inter ea ſimilitudinem, & facit ea intentionem vnam.

In commento. 39. dicitur quod nil mediat inter materiale & abſtra-
Com. 19. ctum. Oppoſitum patet ſecundo phyſic. tex. commen. 26. de forma ho-
8 minis vltima. Soluitur. autoritas eius ſic intelligitur, nulla natura eſt
I in re extra quæ non ſit, aut a materia ſeparata, aut in materia immerſa. De forma autem hominis vltima non dicimus ipſam mediam eſſe per abnegationem vtriuſque extremi, ſed dicitur media ſecundum ſimilitudinem & ſecundum comparationem: nam pro quanto in aliquo conuenit cum formis materialibus, materialis eſſe videtur, pro quanto ratio, conuenit cum abſtractis, aliquo modo abſtracta eſt, & ideo forte dixit

Themiſ.

Themi.ſcientiam de anima mathematicam eſſe ſcīētiam & mediam:ſicut
etiam nos ſuperiori anno. 1506. declarauimus pulchrum : dum librum
de anima interpretaremur.

In commē.50.ſcribitur antiquos quatuor cauſas cognouiſſe. Huius Cōmē.50.
oppoſitum patet ſecūdo phyſi.cōmen.9.vbi dicitur eos ignoraſſe for/ 9
mam.Soluitur hoc habet locum de antiquis qui fuerunt Ariſto.tempo/ L
re:& ita gloſſat Commen.hic propoſitionē iſtam.Sed ſecūdo phy. com
mē.9. loquitur de alijs antiquis qui longe ante tempora Ariſtote.de cau
ſis rerum diſputabant : illi enim ſolum materiam cognouerunt : phi/
loſophia enim balbutiendo incepit: ſicut dicitur in hoc primo. Et ideo
diſtingue tempora & concorda omnes ſcripturas:ſicut inquit diuus Hie
ronymus.

Concordantiæ Auer. ſuper ſecundo metaphyſicæ.

Auerrois in cōmen.primi ſecūdi meta.facit iſtam cōſequētiam: Cōmē.1.
ꝙ ſi intellect⁹ noſter nō intelligeret abſtractas ſubſtā 1
tias : tunc aliquid natura feciſſet fruſtra:quia feciſſet illud quod eſt in ſe
naturaliter intellectum:nō intellectum ab alio. Sed oppoſitum huius ſe/ M
quitur ex dictis eius.ſeptimo meta.commento. 58. vbi dicit hæc verba :
eſſentiæ rerum intelligibilium ſunt exiſtentes licet non intelligantur.
Confirmantur auctoritate eiuſdem ibidem commen.46.ſubſtantiæ ſunt
ſubſtantiæ:licet non diffiniantur : non enim diuerſantur in ſuis ſubſtan/
tijs quando diffiniuntur & quando non diffiniuntur : ſicut eſt diſpoſi/
tio in viſibilibus :qm̄ ipſa nō ſunt minus viſibilia:qn̄ videntur quā quan/
do non videntur. Et confirmatur.nam Philoſophus ſecundo de anima.
tex.commen. 142. reprehendit antiquos opinantes ſenſibile & ſenſum
eſſe relatiua ſimpliciter : quia tunc nullus eſſet actu color ſine viſu. ſed
idem eſt iudicium de ſenſibili reſpectu ſenſus : & de intelligibili reſpe/
ctu intellectus. tertio de anima.tex.commen.3.ſicut ergo ſenſibile non
habet eſſe per ſenſum:ſic nec intelligibile per intellectum. Et confirma N
tur.quia intelligibile intellectum natura præcedit: prius autem inquan/
tum prius non dependet in eſſe a poſteriori. Præterea. Ratio Auer. vt
dicit ſanctus doctor hic.& doctor ſubtilis in ſecundo meta.q.3. videtur
peccare per fallaciam conſequentis:quia arguit ſic : ſi ſubſtantiæ abſtra/
ctæ non ſunt intelligibiles ab intellectu noſtro:ergo a nullo : ac ſi ſic ar
gueret hoc nullus homo currit : ergo nullum aial currit. Præterea pec/
cat ſecundo in hoc quod ipſe dicit quod eſſent fruſtra. Sed hoc non ꝓ/ O
cedit : quia fruſtra vt dicitur ſecundo phyſi. eſt quando aliquid eſt re/ Digreſsio
ſpectu alicuius finis quem non includit. Manifeſtum eſt autem quod ꝓ defenſio/
finis intelligentiarum non eſt vt a noſtro intellectu intelligantur : qua/ ne Auer. ſe/
re multipliciter peccat ratio Auer. ſicut vides. Soluitur. multi mo/ cundum ſua
dernorum laborauerunt in deducendo conſequentiam iſtam Auerro. fundamēta.
vt talia inconuenientia euitaret ; & quia dicta eorum vana ſunt. ideo
pono modum ſecundum quem Commen. in via ſua habet defendi. Di/
co quod ſecundum ipſum in tertio de anima. in infinitis locis quod in/
tellectus noſter cum ſit virtus ſeparata a materia eſt totius entis : & iſta
fuit prima ratio philoſophi ad probandum immaterialitatem eius : nam
materia eſt ſicut opacitas quædā obtenebrās lucē: & ideo quāto virtus

aliqua fuerit magis immerſa materiæ: tanto magis eſt a cognitione deficiens & per cõſequẽs quãto magis ad immaterialitatem accedit: tãto magis ad cognitionẽ tendit: & ideo non inconuenienter dictum eſt quãlibet intelligẽtiam eſſe plenam formis: pro quanto quælibet intelligẽtia cum ſit a materia ſeparata eſt omniũ cogitatiua: qđ quomodo cõtingat nõ eſt præſentis negocij. Auer. igitur ſermo ſicut mihi videtur innititur huic fundamento: nam ſi ſubſtantiarum abſtractarum & cognitio noſtro intellectui repugnaret: aut hoc eſſet inquãtũ materialis: aut inquãtũ humanus: aut inquantũ abſtractus: & inquantum intellectus eſt. non inquantũ materialis eſt: quia demõſtratum eſt in tertio de anima. ſecũdum ipſum: quod intellectus eſt virtus abſtracta a materia. Nec inquantum human⁹: quia vt humanus poteſt intelligere res materiales: quæ ſunt potentia intellectæ: ergo multo magis poterit intelligere abſtracta: quæ ſunt actu intellecta: licet non ita faciliter. Nã ſicut dicit Commen. cõ. 36. ſuper tertio de anima. vbi examinat dictum Themi. ſi poſuerimus quod intellect⁹
P materialis non eſt admixtus materiæ: tunc ille ſermo erit verus. ſcilicet quod illud quod eſt magis viſibile magis comprehenditur: quoniam qđ comprehendit minus perfectum ex eis comprehendẽtibus quæ non ſunt admixta materiæ: neceſſe eſt vt comprehendat perfectius: & non econtra. Et confirmatur: quia aliter deſiderium naturale eſſet ad impoſſibile: nam ſi intellectui humano inquantum humanus eſt repugnet abſtractorum cognitio: cum homo naturaliter ad talem cognitionem inclinetur teſte philoſopho in prooemio meta. ſequitur ergo tale deſiderium ad impoſſibile ferri. Nec valet ſi dicatur talem cognitionem eſſe poſſibilem pro alio ſtatu: quia licet ita ſit ex parte rei: tamen apud Ariſtote. non inuenitur aliquis locus in quo ponat alium ſtatum: immo oppoſitum poteſt colligi ex dictis eius in primo & decimo ethicorum. vbi ponit quod felicitas mortuis contingere non poteſt. Relinquitur igitur quod ſi intellectui noſtro tali intellectio repugnaret: quod hoc eſſet inquantum abſtractus: & inquantum intellectus eſt: ſed quod repugnat intellectui inquantum intellectus eſt: illud repugnat cuilibet intellectui. ſequitur ergo quod ſi ſubſtantiæ abſtractæ a noſtro intellectu non eſſent intelligibiles: quod a nullo intellectu eſſent intelligibiles: nam in his quæ ſunt eiuſdem naturæ: aut vniuoce: aut analogice quicquid per ſe repugnat alicui ratione naturæ: repugnat omnibus exiſtentibus ſub illa natura: ſicut per oppoſitum: ſi quid per ſe competit alicui ratione naturæ per ſe: competit omnibus illius naturæ. 2. cæli. 59. & iſta ratio Commen. eſt a ſigno non eſt a cauſa: ſi bene aduertis. & ex hoc etiam ſequitur per locum a ſigno: quod tunc natura feciſſet aliquid ocioſum: nam cum eſſe ſubſtantiarum ſeparatarum ſit vita intellectualis. 12. meta. 39. Si a ſe non intelligerentur fruſtra eſſent: quia fruſtra eſt eſſentia quæ caret propria operatione: modo ſubſtantia intellectualis non habet aliquam operationem inſequentem formam materialem inquantum materialis eſt: vt calefacere inſequitur calorem: nec operationes animæ vegetatiuæ: aut ſenſitiuæ: nec etiam intellectiuæ: vt diximus in deducendo. Forte dices quod adhuc haberent operationem: quæ eſt ſecundum locum
Q mouere. Sed contra motio præſupponit in intelligentijs ipſum intelligere

ligere & velle.12.meta.cōmen.34.ſi igitᷣ intelligere carerent, carerēt & mouere ipſo.& ita eſſent fruſtra:quia cum ſint naturaliter intellectæ & a nullo ſint intellectæ:carerent ergo ſua naturali operatione: ergo ocioſæ eſſent in natura:ſicut diximus. & omnia iſta ſequuntur & a ſigno non a cauſa: & ſic ſicut vides tolluntur omnia argumenta latinorum contra Auer. Ad contradictionis autem formam ſoluentes dicimus rerum eſſencias poſſe exiſtere: eſto quod non intelligantur loquendo de eſſentijs rerum in quibus ſuum eſſe non eſt ſuum intelligere: ſed tale intelligere eſt ſibi aduentitium & extraneum ſicut accidit lapidi quod ſit intellectus & habeat eſſe cognitum: ſed in eſſentijs rerum quarum eſſe eſt ſuum intelligere in talibus fallit propoſitio Auerro. ſicut eſt in propoſito de abſtractis ſubſtantijs:ſi enim tales non eſſent actu intelligentes & intellectæ tales non eſſent:quia ſuum eſſe eſt ſuum intelligere: & econtra ſecundum philoſophos:modo autem iſtud ſequitur ex hypotheſi data:vt deduximus per locum a ſigno:non autem a cauſa.

In commen.11.Auerro.videtur ponere diſſolutionem fieri a priori ad poſterius. Oppoſitum autem videtur dicere ipſemet in commento.23. ſeptimi metaphyſi. magna fuit quæſtio de hac materia apud Pluſquam Commentat. ſuper primo regni: & Conciliatorem in differentia.8.& omnes ſequaces an reſolutiua via fieret ab effectu ad cauſam:an econtra: & Pluſquam Commenta.voluit quod fieret a cauſa ſuper effectum. Cōciliator autem voluit & omnes moderni quod fieret oppoſito modo. Nos autem in hac materia mediando dicimus compoſitionem & reſolutionem dupliciter fieri poſſe: vno modo ſecundum rationem: & alio modo ſecundum naturā:& tunc dicimus ꝙ reſolutio quæ fit ſecundum rationem procedit a cauſa ſuper effectum:vnde Themi.primo poſte. analecticorum.cap.26.inquit reſoluere appello vera cōcluſione poſita cauſas ex quibus confecta eſt concluſio exquirere: & illud maximo argumento eſt.nam liber poſteriorum reſolutorius apparet eo quia de poſteriori reſolutione agitur in eo: quæ eſt penes materiam neceſſariam: talis autem reſolutio eſt circa demonſtrationem: quæ eſt ibi ſubiectum. demonſtratio autem de qua agitur ibi principaliter eſt demonſtratio ſimpliciter: quæ a cauſa ſuper effectum procedit: quia per illam acquiritur ſcire ſimpliciter diffinitum in illo libro: non autē per demōſtrationem, quia illa non facit ſcire ſimpliciter: ſed ſecundum quid:nam ſcire ſimpliciter: ſed rem per cauſam cognoſcere: & quoniam illius eſt cauſa:& quod impoſsibile eſt aliter habere. Quia igitur reſolutio illa: quæ ſecundum rationis diſcurſum penes cauſas attenditur ſupra effectus ſequitur ergo Pluſquam Commen.rectius ſentire in hoc quam moderni:ſcire enim reſolutorie aliquem effectum & intelligere eſt cum cognouerimus cauſas eius ſimplices & principia prima vſq; ad elementa: vt dicitur primo phyſi.tex.commē.primi. Et hoc etiam Auer. confirmat in præſenti loco: quando dixit quod ſi poſtremum non fuerit & prius ſit non poteſt fieri ſuam diffinitionem:quæ per diſſolutionem habetur. Et confirmatur.nam clarum eſt quod in mathematicis ſcientijs eſt maxima certitudo per reſolutionem: patet autem quod ibi non fit demonſtratio quia:& per conſequens reſolutio ſecundum rationem non fit ab effectu ad cauſam:ſed potius econtra, Et iſtud apud me non eſt dubium: dicant

Commē.11. a

R

alij quicquid velint:alia eſt reſolutio quæ fit ſecundum naturam: & ta/
lis fit ab effectu ad cauſam:natura enim reſoluit mixta in quatuor elemē
ta.& elementa in materiam & formam:de iſta reſolutione loquitur Cō
men.7.meta.commen.23.quia ibi loquitur de diſſolutione: quæ fit at/
tendendo penes illud quod eſt a natura: non autem a ratione. Et iſtius
etiam ſententiæ eſt beatus doctor in.3.meta.in expoſitione ſecundi tex/
tus:ſicut videre potes ibi euidenter.

Cōmē.16. In cōmē.16.dicitur ꝙ mathematicæ demonſtrationes ſunt in primo
ordine certitudinis: & naturales ſequuntur eas in hoc. Huius oppoſitū
3 dicitur primo de aīa tex.cō.primi:vbi dicit ꝙ ſcientia de aīa excedit oēs
alias ſcientias nobilitate ſubiecti: & certitudine demonſtratiōis præter
S diuinam. Soluitur.multæ ſunt & variæ expoſitiones illius loci ſicut
noſti:ſed illud quod nobis videtur eſſe dicendū pro nunc:eſt iſtud quod
notat hic Commenta.in cōmen.iſto:dicit enim ꝙ in eadem ſciētia ſi di/
uerſatur certitudo ſecundū magis & minus:multo magis diuerſat in di/
uerſis ſcientijs ſecundū genus:pro quo debes ſcire:vt ſcribit Cōmenta.
primo cæli.commen.22. quoniā autē differentes ſunt demonſtrationes
quarū alteri atteſtatur ſenſus & alteri non:aut quia non eſt innata ſenti/
ri:aut quia non eſt poſsibilis vt ſentiatur.Fides primæ demonſtrationis
erit magis perfecta. vnde ex hoc colligo ꝙ demonſtrationes naturales
quibus plures ſenſus atteſtantur ſunt maiores certitudines q̃ demonſtra
tiones:quibus pauciores ſenſus atteſtantur. & ſi certitudo mathemati/
carum ſcientiarum compararetur certitudini demonſtrationum natura/
lium penes hoc:dico quod cæteris paribus ſemper demonſtrationes na/
turales eſſent certiores demonſtrationibus mathematicis:quia naturales
cauſæ ſunt magis ſenſatę quam cauſæ mathematicæ:naturalis enim ver
ſatur circa ſenſibilia propria & mathematicus circa ſenſibilia commu/
nia.Si vero certitudo demonſtrationis attendatur penes abſtractionem
& ſimplicitatem ſubiecti:ſic mathematicæ excedunt naturales ſciētias
quia vt dicitur.3.de anima.&.3.cæli.&.2.phyſi.naturalia ſe habent per
additionem ad mathematica: vnde ſicut ariſmetica certior eſt geome/
tria:quia eſt de paucioribus:vt dicitur primo poſterior.cap.illo.certior
autem eſt ſciētia altera:altera. Iſta autem propoſitio ſic intellecta habet
veritatem vt in pluribus:fallit autem quātum ad librum de anima. præ
cipue quo ad tertium librum:in quo agitur de intellectu qui eſt ens ma/
gis abſtractum quam quodlibet mathematicum: quandoq; autem certi/
tudo attenditur penes iudicium potentiæ apprehendentis talem certitu
dinem:& penes hoc quod ſcientia oſtendit illud a quo eſt fons & origo
cogitationis omnis & principiorum omniū in alijs ſcientijs:& in quali
bet ſcientia. Et ſic ſcientia de anima cum tractet de intellectu agente: &
poſsibili qui diſtinguit & iudicat quālibet veritatē in qualibet ſciētia:
certiſsima eſt omniū ſcientiarū præter diuinā: & iſta fuit mens Themi.
ibi:& Auer.in com.2.primi de anima ad calcē cōmenti ſi bene aduertis.

T Sed dices replicando ꝙ ſi iſto modo ſcientia de anima eſſet certior
alijs ſciētijs nobilitate ſubiecti & certitudine demonſtratiōis:a pari &
diuina ſciētia ſaltē quantū ad ſecundū eſſet certior. Soluo. ſciētia de aīa
nō eſt nobilior neq; certior diuina quantū eſt merito ſubiecti. Nā illa di
uina dicit eo quia circa deū verſatur & abſtractas ſubſtātias:quæ nobi/
liores

liores ſunt anima intellectiua: teſte Auer. in. 3. de anima cō. 19. neq; etiam
ratione certitudinis oſtēſæ poteſt eſſe certior ſciētia de anima: quia licet
ſciētia de anima oſtēdat eſſe intellectus agētis a quo eſt certitudo princi
piorū ſcientiarū omniū tamē diuina etiā conſiderat de eo qui eſt altior
cauſa veritatis & certitudinis quā ſit intellectus agens: nā vt dicit Cō-
men. in ſecūdo meta. cō. 4. omnia entia acquirūt eſſe & veritatē a prima
cauſa: & ideo bene dixit Cōmē. cōmento primo: qd' ſciētia de anima in
nobilitate obiecti excedit omnes alias ſciētias: & etiā in certitudine de-
monſtrationis præter diuinā. Attenditur etiā certitudo demonſtrationis
ex eo: quia pauciores dubitationes contingūt in eis & minor eſt difficul
tas reſoluendi quā in alijs. Et penes maiorē euidentiā illuminatiōis eſſe
ſuper effectū & ſic loquitur Cōmē. hic dum dicit qd' demōſtrationes ma
thematicæ ſunt in primo ordine certitudinis: & naturales ſequuntur eas
in hoc: & poſt naturales ſunt diuinæ: & hoc quo ad certitudinē demon-
ſtrationis quo ad nos: quæ attenditur penes maiorē euidentiā cauſæ ſu-
per effectū: licet ſi loquamur de certitudine quo ad nos quæ eſt penes ob
iectū magis nobis notū: vt ſic naturales ſunt in primo ordine mathema-
ticæ in ſecūdo: cū illæ ſint de ſenſibili proprio: illæ autē de ſenſibili cō-
muni. Diuinæ autē etiā vt ſic ſunt in tertio ordine. Sed de ordine naturæ
diuinæ demonſtrationes ſunt in primo ordine. Naturales in ſecūdo cū
ſint de ſubſtātia. Mathematicę in tertio cū ſint de accidētibus: ſubſtātia
autē natura prior eſt accidēte. 7. metaphy. tex. cō. 4. Nolo tamē abſolu-
te cōcedere quodlibet cōſideratū in naturali philoſophia eſſe prius natu
ra quolibet cōſiderato in mathematica: quia hoc falſum eſt: ſed quo ad
hoc qd' demōſtrationes mathematicæ ſunt de accidētibus præter aſtro-
logiā: ſicut patet in. 12. meta. 44. & quia accidēs poſterius natura eſt ſub
ſtātia: ſic quo ad hoc ſunt in tertio ordine quo ad naturā. Sed ſunt in pri
mo ordine quo ad nos penes euidētiā illuminationes eſſe ſuper effectū.
Et ad hunc ſenſum primo poſteriorū multū philoſophus laudauit ma-
thematicas demonſtrationes: & etiā in præſenti textu quādo dicit quod
atribologia mathematica nō eſt expetēda in omni re: nam ſermones ſiūt
ſecundū exigentiam materiæ ſubiectæ: cogita bene & pondera: quia pau
ci vel nulli potuerunt hoc intelligere: ſicut paſſim videre poteris.

Concordantiæ Auerrois ſuper. 3. metaphy.

Inquit Auer. cōmen. primo tertij metaphy. q' cōſuetudo Ariſto. Cōment. 1.
fuit inducere ſermones diſputatiuos in quæſtionibus diffi- I
cilibus. Huius tamen oppoſitum videtur dicere primo cæli. commen. ſe- V
cundo. & primo de anima commento. 65. Solutio huius patet ex com-
mento. 85. primi de cælo: vide ibi & conſidera.

In commēto. 16. dicit Commentator quod nomina denominatiua ſi- Cōmē. 16.
gnificant vnum compoſitum. Huius tamen oppoſitum patet. 5. metaphy 2
ſicæ, commento. 14. vbi vult quod nomina denominatiua ſignificant pri
mo formam: & ſeptimo metaphyſicæ commento. 18. & in prædica-
mentis capitulo de ſubſtantia: vbi dicitur quod album non eſt in gene-
re propter ſuum duplex ſignificare, & ſeptimo metaphy. commen. alle-
gato dicit q' quando accidentia per accidēs ſumpta fuerint in ſuis ſub
iectis eſſentialibus: tunc habebunt nomina ſignificantia vtrūq;. De hoc
vide quæ ſcripſi ſuper commento. 8. ſecundi de anima, tamen diffuſius

dicam infra.5.metaphy.ſuper commen.14.quia ibi eſt locus proprius.

Concordantiæ Auer.ſuper.4.metaphyſi.

Cōment. 1.

1 X **Dicit** Cōmen.in cōmen.primo quarti met.qđ ſcīētia de natura eſt de ente mobili.Huius tamen oppoſitū videtur dicere.12.meta.commen.5.vbi dicit qđ eſt de corpore mobili,& in prologo ſuo ſuper primo phyſi.dicit res ſenſibiles eſſe ſubiecta ſcīētiæ naturalis. Soluitur,non eſt cura philoſophis de nominibus vt ipſemet dicit ſuper cōmen.primo:primi phyſi.idem intelligit apud me Cōmē.per corpus mobile:& per corpus naturale:per res ſenſibiles:per ens mobile:& per ſubſtantiā mobilē:nec inuenio aliquā diſcordiā inter antiquos de ſubiecto philoſophiæ:ſed latini fuerunt auctores illius difficultatis. Illud igitur quod ego dico in hac materia eſt iſtud qđ Cōmenta.idem intellexit per iſta nomina:& ideo in hoc nō eſt inſiſtendū:de ratione autē formali ſubiecti naturalis philoſophiæ:licet Cōmen.dicat quādoq; mobilitatē eſſe:quādoq; ſenſibilitatē:tamē iſta ſi adinuicē cōparentur indubitanter credo naturalitatē eſſe rationē formalē ſubiectiuā & quiditatiuā totius naturalis habitus,Ratio quæ me mouet eſt iſta:quia mobilitas & ſenſibilitas habēt reduci ad illā:natura enim eſt principium motus.Amplius mobilitas eſt propria paſſio:& nulla talis pot eſt eſſe prima ratio ſubiecti ſcīētiæ:quia quelibet talis eſt demonſtrabilis aut demōſtratione ſimpliciter:aut ſaltē demōſtratione cauſæ tantū:ſtat enim aliquā paſſionem eſſe per ſe notā quo ad ſimplicē inhærentiā ad ſubiectū:quę tamen nō ſit euidens euidētia cauſæ:& ſic eſt in propoſito:quia licet motū eſſe ſit de principijs cognitionis ſcientię naturalis:& nō poſſit demōſtrari demōſtratione:quia aut demōſtratione dante cauſam & eſſe nihil tamē prohibet poſſe demonſtrari demonſtratione cauſę tantū.Amplius illa eſt prima ratio:forma ſubiecti adæquati naturalis habitus qua primo poſita aliquid reponitur ſub tali habitu:& qua primo remota aliquid remouetur a tali habitu:huiuſmodi eſt naturalitas,nam omnia habētia principiū motus & quietis ſunt phyſi.conſiderationis:& omnia carētia huiuſmodi principio nō ſunt amplius phyſi.cōſiderationis:ſicut patet.2.phyſi.tex.cap.71.& cōfirmatur per philoſophū & Cōmētatorē ibidē tex.cō.

Digreſsio de ratione formali ſubiecti adęquati naturalis philoſophiæ.

Y 73.vbi probant primū motorē nō eſſe naturalis conſiderationis:quia in eo nō eſt principium motus:tale autē natura eſt.Confirmatur per Auer.in ſecūdo primæ philoſophiæ tex.c.16.vbi philoſophus dicit.Ideo primo perſcrutandum nobis eſt de natura quid ſit:ita nāq; & de quibus eſt phyſica manifeſtū erit,& Cōmentator in cōmento ſuper iſtis verbis inquit quādo homo ſciuerit naturā qui ſi declarabuntur ei naturalia a nō naturalibus:quid clarius dici potuit.Sed fuit dubitatū ſimiliter per magnificentiā tuā propter quid eſt qđ cum Ariſto.dicat primo poſter. qđ ſubiectū in ſcientia ſit per ſe notū intantū qđ Auer.primo phyſi.cōmē.vlt.&.2.phy.22.&.26.&.2.de aīa.27.& in pleriſq; locis alijs tenet ſubiectū nō poſſe ī ſcīētia demōſtrari:nec a priori nec a poſteriori: & tn̄ nos videmus tēporibus noſtris ſemper in principijs librorū primā quæſtionem fieri de ipſo ſubiecto.Nec valet ſi dicas qđ illud intelligitur quo ad naturā nō quo ad nos:nā ſi ſubiectū nō deberet eſſe notū quo ad nos:ſaltē demōſtrabile eſſet demōſtratione quia:& iſtud licet a latinis teneatur apud Auer,tamen vbiq; hoc negatum eſt,Dico quod dubitatio pulchra eſt

chra eſt & ſubtilis:ſed illud quod pro nunc occurrit nihil eſt hoc:quod refert aliquid eſſe notum in ſe & refert illud notum eſſe in ordine ad aliquid prædicatũ attributũ ſibi ab intellectu:vnde dico quod aliquid primo modo poteſt eſſe per ſe notũ:& tamẽ ſecũdo modo ſtat iſtud dubiũ eſſe & ſatis ignotũ:ens eſſe notũ eſt:nec intellectus circa cõceptum entis in ſe errare poteſt:cũ nõ habeat aliquid per quod ignorari queat:quia conceptus eius eſt ſimpliciter ſimplex,& talis aut totaliter ſcitur:aut totaliter ignoratur:vt dicitur nono metaphy.tex.c.22.tamẽ vtrum ens ſit vniuocũ deo & creaturæ:ſimiliter vtrũ ens dicat conceptũ per ſe tertiũ a ſuis inferioribus dubiũ eſt ſatis & ignotũ:& ideo licet diuina ſcientia ſit de tranſcendentibus & cõmuniſsimis quæ valde notiſsima ſunt in ſe poſſunt tamen de iſtis formari propoſitiones difficillimæ propter quas ſcientia illa erit ignota ſatis:& ſatis difficilis:facilitas enim propoſitionis nõ oritur ex notitia ſubiecti tantũ:ſed ex inhęrẽtia prædicati ad ſubiectũ:vnde quãdo talis inhęrẽtia nota eſt:tũc tota propoſitio nota eſt:vnde philoſophus quęrit in.12.&.7.metaph.vtrũ ens & vnũ habeat aliquã intentionẽ vniuerſalẽ actu extra decẽ prædicamẽta:& iſta quæſtio patet quod difficillima eſt,ita in propoſito dicimus nos quãtũcunq; ponatur ſubiectũ philoſophiæ naturalis ſiue ens mobile:ſiue corpus mobile: ſiue ſubſtãtia ſenſibilis:vel aliquod huiuſmodi dico quodlibet iſtorũ notũ eſſe in ſe:& nullũ vt ſic demõſtrari poteſt aliquo genere demõſtrationis in ſciẽtia naturali:ſed quærere poſtea corpus mobile ſit ſubiectũ in ſciẽtia naturali.iſtud nõ eſt cõſiderare corpus in ſe:ſed eſt cõſiderare ipſum in ordine ad aliquod prædicatũ attributũ ſibi a ratione:ſicut eſt iſta intentio ſubiectũ:& ſic ſtat illud ignotũ eſſe:vnde iſta non implicat mihi notũ eſſe corpus mobile eſſe:& tamen quod me lateat vtrum conditiones ſubiecti ſcientiæ competant corpori mobili:vt ad totum phyſicum negocium pertinet:iſta eſt extemporanea ſolutio: tamen magnificentia veſtra ſuper hoc cogitabit.

In cõmẽ.2.quarti meta.dicit Cõmenta.quod ſubſtãtia eſt cauſa accidentiũ nõ ſecundũ finem & agens:ſed ſecundũ ſubiectũ & materiã tantũ.Huius tamẽ oppoſitũ ſcribit philoſophus in.2.de anima text. cõ.36. vbi dicit animã eſſe cauſam corporis animati in triplici genere cauſæ formalis finalis & efficiẽtis.Et ad hoc mihi videtur dicendũ eſſe: quod ſubſtãtia compoſita reſpectu accidentiũ exiſtentiũ in ipſa cõcurrit tanquã materia & ſubiectũ:talia enim ſunt terminata:& nõ habẽt materiã in qua ſubiectentur primo,niſi cõpoſitũ:talia autẽ non ſunt ab ipſo cõpoſito tanquã ab agente:quia cũ materia & efficiens non coincidant in idẽ:dicimus quod ab ipſo vt ab agente:impoſsibile eſt talia accidentia dependere:& ideo talia dependere ab extrinſeco motore in genere cauſæ efficientis:nam agens quãtũ dat de forma: tantũ dat de conſequentibus ad formã mediante forma:ſicut colligitur ex.8.phy.32.&.3.cæli cõmento.28.ſed dices quomodo compoſitũ eſt cauſa talium accidentium: cũ philoſophus primo phyſic.82.dicat materiã cum forma cauſam eſſe omniũ eorũ quæ ſunt ſicut mater. Soluitur, licet cõpoſita ſint materia in qua accidentia iſta ſubiectantur:tamẽ in rei veritate ratio propter quã recipiantur in genere cauſæ materialis eſt materia:& ratio propter quã recipiantur in cõpoſito in genere cauſæ finalis eſt ipſa forma:ſicut patet

Cõment.2. 2

A

ſecundo capitulo de ſubſtãtia orbis, ſubſtãtia igitur cõpoſita quomo/
docunq; diſtinguatur a materia & forma ratione qua cõpoſita eſt reſpe/
ctu taliũ accidentium ſubiectiue in ea exiſtentiũ non concurrit vt agens
non vt forma neq; finis: ſed ſolum vt materia: illud autem quod adducit
de ſecundo de anima patet: quod non eſt ad propoſitum: quia non nega/
mus ſubſtantiã quæ eſt forma poſſe eſſe cauſam finalem & agentem re/
ſpectu accidentiũ: & iſto modo patet mens Auerrois in hoc loco. Quod
autem quidam dicere voluerunt hic ſubſtãtiam eſſe veram cauſam mate
rialem accidentium: non autem cauſam agentem veram: ſed pullulatiuã
& ſimilitudinariam: ſic etiam finalem: iſta non ſunt Auerroiſtica ſicut di
ximus alias: ſed veritas in via eius iſta eſt.

Commẽt.3. In commento tertio quarti metaphyſi. dicit Commentator quod ens
3 B & vnum vnam naturam ſignificat ſubiecto: ſed diuerſis modis. Huius ta
men oppoſitum habet in. 12. metaphyſi. 21. &. 22. commentis: vbi habet
quod ens non ſignificat aliquã naturam. Solutio, qui ponunt vniuo/
cationem entis & vnitatem conceptus entis per indifferentiam: dicunt
conceptum entis non dicere rem aliquam neq; realitatem aliquam: ſed
dicunt quod dicit quandam formalitatem quæ habet modum intentio/
nis primæ: & ita gloſat Commentatorem. 12. metaphyſi. commentis. 21.
&. 22. quia ibi Commentator non negat abſolute ens non importare ali
quem conceptum: ſed ſolum negat quod non dicit aliquã naturã, id eſt,
aliquam rem vel realitatem diſtinctam a ſubſtantia & ab accidente a deo
& a creatura: ſed quod ens non dicat aliquem conceptum realem obie/
ctiuum hoc nunquã Commentator (vt aiunt) negauit: nobis autem cum
ſupportatione iſtorum: videtur oppoſitum de intentione eius: nam ego
teneo conceptum entis ſecundum ipſum non eſſe aliquid tertium vniuo
cum diſtinctum a ſuis partibus ſubiectiuis neq; naturam neq; formalita/
tem importans: vnde ipſe dicit in. 10. metaphy. commẽ. octauo: ens ſigni/
ficat decem prædicamenta prima ſignificatione & ſine medio: non quia
ens ſit commune communitate nominis & immediate ſignificat ſua ſi/
gnificata: ſicut dixerunt vulgares: ſignificat decem prædicamenta ſine
medio pro quanto deſcendit non per differentias vniuocas: ſicut genus
in ſpecies: quia tunc ens eſſet ſicut canis: & per conſequens non poſſet
ſubiectum eſſe in aliqua ſcientia: & quod non dicat aliquam naturam
diſtinctam a decem prædicamentis: patuit etiam in commentis allegatis
21. &. 22. 12. metaphyſi. ſed illud quod intendimus probare eſt videre
vtrum dicat aliquem comceptum tertium diſtinctum a decem prædica/
mentis: & ad hoc dicimus quod bene importat vnum conceptum com/
munem communitate analogiæ reſpectu decem prædicamentorum: qui
dicitur ſecundum prius & poſterius ſi enim nullam vnitatem haberet
non eſſet de eo ſcientia, & iſta eſt ſententia eius expreſſe in. 4. me. cõmẽ.
ſecũdo: iſte autem conceptus ſecundũ ipſum non eſt diſtinctus a ſuis infe
rioribus: vt dixerunt ſubtiles: vnde. 4. metaphy. commen. 6. dicit Com/
mẽta. ꝙ ens & vnũ nõ ſignificant vnã intentionẽ in omnibus rebus: ne/
que intẽtionẽ diuerſam ab omnibus rebus. Et ſic patet qualiter ſecundũ
C Auer. ens non dicit aliquã rem nec realitatem nec formalitatem tertiam
vniuocã diſtinctã a deo & a creatura & a ſubſtãtia & ab accidente. Sed
dices quomodo ad contradictionis formam dicetur? Dico qđ commẽ/
tator

tator cõtra Aui.tenet in.3.cõmento.quarti meta.& etiã in.10.meta.cõ.
8.ꝙ ens & vnũ ſignificãt vnã naturã,id eſt vnũ conceptũ: nõ tñ diſtin/
ctum realiter vel ex natura rei:ſed ſola ratione a conceptibus ſuorũ infe
riorũ:ſed diuerſis modis.vnitas enim non importat aliquẽ conceptũ vel
formalitatẽ poſitiuã: vt dixerũt poſteriores diſtinctam a cõceptu entis:
ſed ſolã indiuiſionẽ ſuperaddit vnũ ex modo ſignificandi ad ipſum ens:
ſed in re ſignificata conueniunt:& ideo dixit ꝙ ens & vnum ſignificant
vnã naturã in ſubiecto:ſed differũt ſecundũ modum ſignificandi.Auic.
aũt voluit cõuerſum,videlicet ꝙ tam ens ꝙ̃ vnũ importarent de per ſe
vnũquodꝙ aliquẽ conceptũ poſitiuũ:quorũ vnus erat ab altero diſtin/
ctus.ſic igitur Auer.ponit ens & vnũ idem ſignificare:ſed quando dixit
ꝙ ens & vnum nõ ſignificat aliquã naturã intellexit ad modũ platoni/
corũ:ꝙ videlicet illa natura ſit natura tertia a ſuis inferioribus ſeparata
& diſtincta.vnde ipſe dicit.12.meta.cõ.21.ens & vnũ ſunt ex rebus vni/
uerſalibus quæ nõn habent eſſe extra animã.Et idem habet.x.meta.cõ
men.vj.ſimiliter ens & vnum non dicunt vnã intentionẽ vniuocam ter
tiam ab intentionibus decem prædicamentorum:ſed ſolum eſt indiffe/
rens per analogiam vt diximus ex intentiõe eius.4.meta.com.6.& cõ.
2.vnde etiã.10.meta.com.6.dicit impoſsibile eſt vt aliquid commune
pluribus ſit ſubſtãtia:niſi ſecundũ ꝙ eſt in anima tantũ.& ſubdit parum
infra.ꝙ ens & vnũ ſunt de intentionibus vniuerſalibus quæ nõ habent
eſſe niſi in anima.vnitas igitur conceptus entis & cõmunitas eius eſt cõ
munitas & vnitas analogiæ:nõ vniuocationis nõ diſtincta ſecundũ eſſe:
vel ex natura rei a ſuis inferioribus:ſed ſolũ in anima & in conceptu.Et
nota bene iſta: quia multi laborauerũt in videndo veritatẽ in via Auer/
rois:& non potuerũt.Et ꝙ hoc ſit verũ probaꝛ ratiõe duplici.ſi ens in/
quantũ ens non diceret vnũ conceptũ analogũ diſtinctũ ratione a cõce/
ptibus ſuorũ inferiorũ:ſequeretur ꝙ nõ poſſet de eo aliqua demonſtra/
tio fieri.cõſequens eſt falſum:quia bonitas demõſtrari põt de ente me/
diante veritate:nõ ratione alicuius inferioris ad ens:ſed ratiõe ſui: ergo
ens inquantũ ens dixit aliquã vnũ conceptũ.Confirmaꝛ: quia ſi ens in/ D
quantum ens non diceret aliquẽ conceptum propriũ ratione diſtinctum
a ſuis inferioribus:ſed ſolũ communitatẽ nominis importaret:ſequereꝛ
ꝙ nullũ prędicatũ eſſentiale & per ſe de eo diceretꝛ.cõſequẽs eſt falſum.
nã dicim⁹ ꝙ iſta eſt per ſe.ens eſt vnũ probaꝛ cõſequentia:quia ſecundũ
Auerroim.4.metaphy.cõ.2.de termino ęquiuoco bene aliquod prædi
catũ accidẽtale põt verificari vniuerſaliter:ſicut illa ꝑpoſitio eſt vniuer
ſaliter vera:oĩs canis eſt pulcher:nullũ tamẽ prædicatũ per ſe de tali põt
verificari:cũ igiꝛ vnitas & bonitas primo verificeꝛ de ente ratiõe ſui: &
nõ ratione alterius demonſtratiuæ ſequi videtur:ꝙ ens inquantũ ens eſt
cõmune deo & creature:ſubſtantiæ & accidẽti:nõ ſola cõmunitate vo/
cis:ſed cõceptus diſtincti ratiõe a conceptibus inferioribus:& hæc nõ
poſſunt negari ab homine habente intellectum habilitatum ad bonum.

In cõmẽ.4.huius enumerat ſciẽtias medias Cõmentator in numero Commẽ.4.
ſciẽtiarũ mathematicaliũ:ſicut eſt perſpectiua & muſica. Hui⁹ tñ oppo 4
ſitũ videꝛ ſentire philoſoph⁹.2.phy.t.c.20.vbi habet demõſtrant autẽ
& quæ magis phyſicæ ꝙ̃ mathematicæ:vbi loquiꝛ.vt.d.Cõmẽtator: &
vniuerſaliter omnes expoſitores:de ſcientijs medijs. Soluitur quicquid
dicant

dicant alij ſcientiæ mediæ vt eſt muſica aſtrologia & pſpectiua: & quæ
aſsimilantur his:ſunt potius inter mathematicas ſcientias numerande ꝗ̄
inter phyſicas:& ratio eſt iſta: nam habitus ſcientificans ſpecificatur a
medio:ita enim philoſophus poſuit diſtinctionē inter ſpeculatiuas ſciē-
tias in.6.meta.t.com.2.quia autem media talium ſcientiarum ſubalter-
natarum mathematica ſunt:licet applicata ſint materiæ ſenſibili dicim⁹
ꝙ cum denominatio inſequatur formam & non materiam:actum & nō
potentiam:ſicut eſt de intentione philoſophi.2.phy.t.c.11.&.9.meta.t.
c.7. propter hoc & ſi materiale in talibus naturale ſit: cum formale ſit
mathematicum:potius ergo mathematicæ ꝗ̄ naturales debent nuncupa
ri:& iſtius etiam opinionis eſt beatus doctor:qui & ſi in.2.phyſi.ſuper
allegato textu oppoſitum dicat: tamen ſeipſum retractauit in quæſtio-
B nib⁹ ſuper Boëtio de trinitate. Ad auctoritatē aūt philoſophi dico ꝙ
illa eſt multiplex ſecundum amphibologiam:quia vnus ſenſus eſſe po-
teſt:ꝙ duo ſint comparata:& vnum ſit illud ad quod fit comparatio: vt
ſit ſenſus ꝙ mathematicæ puræ & ſcientiæ mediæ comparentur ad phy
ſicas tantū.Bt tunc ſenſus eſſet iſte ꝙ ſcientiæ mediæ ſunt magis phy-
ſicæ:ꝗ̄ mathematicæ puræ ſint phyſicæ: & iſte ſenſus verus eſt: & ſic
intellexit philoſophus:vnde tranſlatio arabica ibi clarior eſt noſtra: &
ſonat hoc quod diximus:& hoc eſt rationi cōſonum: medium enim ma
gis conuenit cum extremo quam vnum extremum cum alio extremo.
cum maior ſit diſtinctio extremi ab extremo quam extremi a medio:ſeu
medij ab extremo.Alter ſenſus poteſt eſſe: vt vnum ſit comparatum &
duo ſint ad quæ fiat comparatio & tunc ſenſus eſſet iſte:vt ſcientiæ me-
diæ comparatæ ad mathematicas & ad phyſicas ſciētiæ mediæ ſunt ma
gis phyſicæ quam mathematicæ:& iſto modo intellecta propoſitio phi
loſophi falſa eſt propter rationem quam adduximus.

In cōmento.21.dixit Cōmentator ꝙ nullus intellectus intelligit con
Cōmen.21. traria eſſe ſimul:ſed opponebatur ibi in margine de vnitate intellectus.
5 nam cum opiniones de contradictorijs ſint contrariæ teſte philoſopho
in.2.perihermenias:ſi vnus eſt omniū intellectus:vt ipſe poſuit:tunc cō
traria erunt in eodem ſimul: & cum intellectus poſsit intelligere omnia
quæ ſunt in eo:ſi igitur tales opiniones contrariæ ſunt in ipſo: ipſe po-
terit intelligere contraria ſimul eſſe.Ad hoc autem videtur Auer.reſpō-
dere in.6.meta.commen.vltimo.vbi dixit propoſitionem illam non te-
nere in anima:ſed ſolum in materia:nam licet materia extra animam nō
poſsit recipere duo contraria inſimul:tamen anima bene poteſt: de hoc
tamen videbimus infra in illo loco:ideo pro nunc dimittatur.

Concordantiæ Auer.ſuper quinto metaphyſicæ.

F Quinto metaphy.com.3.dicit Commenta.ꝙ principium mate-
riale eſt illud quod demonſtratur cum hac præpoſitiōe
1 ex.Huius tamen oppoſitum videtur ſentire ipſe in primo phy.com.58.
vbi dicit ꝙ in ſubiecto dicimus ꝙ hoc fit hoc:in priuatiōe autem quod
ex hoc fit hoc.Soluitur.vt ipſemet Commenta.dixit in hoc.5.meta.cō.
29.famoſior ex ſignificationibus ex. eſt quando importat genus cauſæ
materialis & hoc eſt rationabile. materia enim ſic deſcribitur a philoſo
pho in.2.phyſi.27.Materia eſt ex quo fit aliquid cum inſit: quod aūt di
citur de primo:quorum priuatio eſt manifeſta generatio attribuitur pri-
uationi:

natiõi:cũ illa præpoſitiõe ex:aut etiã in recto:generatio enim fit ex non
eſſe:& non ex eſſe. Et ideo magis dicimus ꝙ infirmus fit ſanus: q̃ ꝙ ho-
mo ſanus fiat:ſed in ſubiectis quorum priuatio latet generatiões ſubie-
ctis attribuuntur:ſicut dicimus quod domus fit ex lateribus. pro hoc vi-
de commentum.25.ſeptimi meta.& nos ibi etiam dicemus magis.

In commẽto.5.quinti meta. dicitur ꝙ natura prius de forma dicitur Comm.5.
ſed.2.phyſi.com.1.dicit quod prius dicitur de compoſito: quia inquit 2
ꝙ illa ſunt magis naturalia. Soluitur.nam ſecundũ ipſum.2.phy.cõ.1.& G
4.nõ dicitur vniuoce nec æquiuoce de materia & forma & compoſito.
Sed analogice:licet compoſitum proprie loquendo verius naturatum:
vel habens naturã dicatur q̃ natura:ſicut patet ibidẽ vnde vniuerſaliter
apud ipm nil vniuoce dicit̃ de cauſa & cauſato:præcipue in prædicatis:
quæ ſunt primo intellecta:& habent modũ intentionis primæ. Vlterius
debes ſcire ꝙ analogia duplex:quædã eſt ſecũdũ famoſitatẽ: & quædã
ſecũdũ veritatẽ.vnde cõpoſita exiſtimant̃ cõiter eſſe magis entia & ma-
gis ſubſtãtiæ q̃ forma aut materia:qa talia noſtræ primæ cognitioni na-
turali ſunt notiora:ſicut eſt de intentione eius primo phy. cõ.3. vbi per
confuſa magis exponit compoſita cauſata ex elementis. ſed ſecundũ ve-
ritatem:nam per prius dicitur de forma q̃ de materia,aut de compoſito:
quia propter quod vnumquodq; tale & illud magis.

In fine cõmenti.6.dicit Cõmentator ꝙ æterna nõ habẽt eſſe neceſſa- Cõmen.6.
riũ ab alio. Huius tamẽ oppoſitũ patet ſecũdo ca. de ſubſtãtia orbis. Et 2
2.met.cõ.4. Soluitur. æterna citra primũ nõ habẽt eſſe neceſſariũ ab H
alio formaliter:habent tamẽ eſſe neceſſariũ ab alio vt a fine & ab efficiẽ-
te.ratio primi eſt iſta:quia ſi aliquid nõ eſſet formaliter ex ſe neceſſariũ:
ſed cõtingens tale nullo pacto poſſet ab alio ſortiri neceſsitatẽ ſecundũ
ipſum.2.phy.com.48.contra Auic.niſi tu ponas naturam corruptibi-
lem conuerti in naturam æternam.vnde quodlibet æternum caret mate-
ria quæ radix eſt contingentie & poſsibilitatis. Et ideo ſecundũ philo-
ſophos quodlibet æternũ formaliter eſt neceſſe eſſe ſeipſo: effectiue ve-
ro & finaliter talia æterna ſunt a deo & propter deum: ſicut demonſtra-
uimus in quæſtione noſtra de triplici cauſalitate intelligentiæ.

In cõmen.14.quinti meta.nomen accidentale primo ſignificat acci- Commẽ.4.
dẽs:& ſecũdario ſubiectũ. Huius tamen oppoſitũ dicere videtur. primo 4
phy.cõ.25.vbi habet ꝙ ſignificat nomẽ concretũ duo, ſcilicet ſubiectũ I
& formã:quia dixit ꝙ album ſignificat albedinem & receptiuũ albedi-
nis.&.2.de anima.cõ.8.dicit ꝙ nomina rerũ artificialiũ quæ accidentia
ſunt primo ſignificãt ſubiectũ:& ſecũdario formã. Soluit̃ nomẽ ſignifi-
cat rẽ ſecundũ ꝙ eſt in actu:actus aũt duplex eſt:ſubſtãtialis & accidẽta-
lis:ſubſtãtialis dat eſſe ſimplr:& accidẽtalis dat eſſe ſecũdũ qd. Et ideo
cũ cõpoſita ſubſtãtialia ſint in actu ſimpliciter:nomẽ taliũ primo ſignifi-
cat formã:quia forma eſt ratio ꝓpter quã cõpoſitũ eſt in actu ſimplr:ſe-
cũdario aũt importat cõpoſitũ. In cõpoſitis vero ꝑ accidẽs noĩa taliũ in
cõcreto ſumpta primo formã ſignificãt & ſecũdario ſubiectũ:quia a for-
ma fit denominatio nõ a materia:& quia ſubiectũ reſpectu accidẽtis eſt
ſicut materia.4.meta.cõ.2.ideo dicimus nos ꝙ talia primo ſignificant
formã per quã ſunt in actu ſecundũ quid:q̃ ipſum ſubiectũ. Accedit ad
hoc ꝙ ſi talia prius ſignificarent ſubiectũ q̃ formã:tũc ſequeretur quod

eſſet negatio dicendo homo albus: ſicut deducit pulchre Commenta. hic contra Auicen. de nominibus autem rerũ artificialiũ quid primo ſignificãt an formã an ſubiectũ dixi in cõmẽ. 8. ſecũdi de anima. Et ideo illuc recurre: quãtum ad propoſitũ ſpectat dico nullã eſſe cõtradictionem in Auerroi: ſi quãdoq; dicit nomen cõcretũ accidẽtale duo ſignificare, ſcilicet ſubiectũ & formã ſeu cõpoſitũ ex forma & ſubiecto: ſicut ipſe habet. 3. meta. commẽ. 16. vbi habet nomina denominatiua ſignificare vnũ cõpoſitum. Quãdoq; aũt dicit talia ſignificare formã primo & ſecundario ſubiectũ: aliud eñ eſt ſignificare abſolute aliud eſt primo ſignificare. dicimus talia nomina cõcreta ſignificare vtrũq;: nõ tamẽ primo ſignificare vtrũq; dicimus ſed talia primo formã ſignificant denominatio ab actu ſit nõ a potẽtia. 2. phy. 11. & 9. meta. t. c. 7. & 8. met. cõ. 7. & primo phy. 63. & primo ca. de ſubſtantia orbis. nã quãdo amittiť forma ſubſtãtialis rei ibi materia amittit nomẽ & diffinitionẽ rei. cũ autẽ deſtruiť forma accidentalis: ibi etiam amittitur denominatio quo ad eſſe ſecundum quid: quod erat a tali forma: licet eſſe ſimpliciter quod eſt a forma ſubſtãtiali non amittatur per amiſsionem accidentalis formæ. Sic igitur ſolutio ad omnes auctoritates patet.

Com. 16. In cõmẽ. 16. inquit Cõmẽtator qđ in intellectu vľe notius eſt particu-
5 lari. Huius tamẽ oppoſitũ ſequi videť ex dictis eius in. xij. meta. cõmen.
L 4. vbi habet φ vniuerſalia intellecta apud Ariſto. ſunt collecta ex ſimilitudine quã accipit intellectus ex particularibus. Et facit ex intentione vnã: & per cõſequẽs ſingularia notiora intellectuí eſſe videnť. Niſi eſſet φ auctoritas iſta in oppoſitũ adducta ꝓcedit de vľi ꝓ ſecũda intẽtiõe: nõ aũt ꝓ prima: qꝛ vľe vt eſt de primo intellectis præcedit cognitionẽ ſingularis. Singularis eñ cognitio repugnat intellectui vt intellectus eſt. ſecundum philoſophos nõ inquãtũ ſingulare, ſed inquãtũ materiale. Et ſi intellectui noſtro cognitio ſingularis attribuiť. hoc eſt vt habet reſpectũ ad materiã & ad ſenſum ex ſui imꝑfectione: cũ ſit vltimus in genere abſtractorũ. 3. de aĩa. cõ. 19. & ideo Cõmẽ. ſup cõmẽto libri de diuinatione. dicebat: φ ſi ſubſtãtiæ abſtractæ ſingulare materiale cognoſcerẽt: cõtingeret illas materiales eſſe: & ideo intellect⁹ noſter primo aſpectu vľe cognoſcit: qꝛ hoc cõpetit ſibi ratione qua intellect⁹ eſt: cũ ſit abſtractus a materia: & habeat oppoſitũ receptiõis modũ modo quo materia recipit: nam materia ſingulľr & intellectus vľr & abſtracte recipit: ſic ergo directe vľe cognoſciť ab intellectu. ſingulare aũt cũ nõ cognoſcať ab intellectu niſi vt ipſe inclinationẽ habet ad materiã. ſic dicim⁹ tale cognoſci ab intellectu vt ſup phãtaſmata ſe cõuertit: & iſta cognitio reflexa eſt & nõ cõpetit intellectui niſi mediante ſenſu: ſicut patet. 3. de aĩa cõmẽ. 9. Caueãt ergo nominales & Burleiſte tenẽtes ſingulare eſſe primo cognitũ ab intellectu. Sed de hoc in quæſtione noſtra de primo cognito diximus ſatis.

Cõmẽ. 18. In cõ. 18. quinti met ſcribit Cõmẽ. graue & leue quãtitates eſſe. Op-
6 poſitũ tamẽ ſcribit. 2. de anima. com. 108. & . 4. cæ. com. 2. vide ibi: quia fuit ſolutum clare.

Com. 19. In commen. 19. ſcribit Commentator bonum & malum eſſe in ani-
7 matis. Sed oppoſitum patet. 6. metaphy. t. commen. 8. vbi dicitur ſolum verum & falſum eſſe in anima: ſed malum & bonum eſſe in rebus. De hoc dicemus ſtatim in commento. 8. ſexti meta. vbi declarabimus illud

dictũ nõ habere veritatẽ cum præciſione & qualiter & quõ ibi dicetur.
In Commen.22.habet quod diffinitio eſt finis in cognitione.Sed hu- Commẽ.22
ius oppoſitum patet primo de anima.com. 11.in quo dicit ꝙ eſt princi- 8
pium. Soluitur.eſt principiũ cognitionis demonſtratiuæ eſt finis ſim- M
plicis & intuitiuæ cognitionis.
Dicit Commenta.in commen.25.ꝙ compoſitio eſt in poſitione par- Cõmen.25.
tium adinuicem. Huius tamen oppoſitum habet primo de generatione. 9
tex.com.85. Solutio eſt iſta quod poſitio partium requiritur in mi-
xtione ipſa tanquam conditio neceſſaria vt patet ex.89. eiuſdem primi
de genera.non tamen formaliter eſt ipſa, & ad iſtum ſenſum negatiuum
fuit primo de gñatione.85.hic vero conceditur ſecundũ primũ ſenſum.

Concordantiæ Auer.ſuper.6.metaphyſicæ.

Sexto metaphyſicæ commen.primo habet, ꝙ ens diuiditur pri- 1
ma ſui diuiſione in per ſe & per accidens, ſed in.5. meta.t.
c.14.Ens primo diuiditur in decem prædicamenta. primo vero phyſic.
tex.com.6.primo diuiditur per finitum & infinitum.3.phy.t.c.3. primo
diuiditur per actum & potentiam. Soluitur.plures ſunt diuiſiones en- N
tis primæ, tamen quælibet eſt primo in ſuo genere, quædam eſt di-
uiſio entis in partes ſubiectiuas, ſicut eſt diuiſio entis in decem prædica
menta, quædam eſt diuiſio entis in paſsiones, ſicut diuiſio entis per vna
& multa, per neceſſarium & contingens, quædam eſt diuiſio entis per
modos ſeu analogas differentias modo loquendi Auer. ſicut eſt diuiſio
entis per actum & potentiam. Et iſtæ diuiſiones ſunt entis quod eſt ſub-
iectum in metaphyſica quod ſecundum Auer. habet vnitatem conce-
ptus analogice dicti non vniuoce.eſt etiam diuiſio entis in anima & ex-
tra animam, & iſta diuiſio(vt peritiſsimis in hac arte videtur.)eſt vocis
æquiuoce in ſuas ſignificationes, non eſt igitur habendum pro incõue-
nienti plures diuiſiones entis primas eſſe modo declarato, ſicut non in-
conuenit plura eſſe genera prima, teſte Porphyrio capitulo de ſpecie.di
cente decem prædicamenta eſſe tanquam decem rerum principia.
In cõ.primo eiuſdẽ ſexti.inquit Cõmẽta.ꝙ nõ eſt demõſtratio ad ge- Commẽ.1.
nus artis, neqꝫ ad ſpecies illius.hoc idẽ habet ſecundo de anima.cõ.27. 2
Sed oppoſitum fuit adductũ per nos in margine de eſſe ignis quod de- O
monſtratũ eſt. 4.cæ.tex.com.32.cũ tamẽ ignis ſit pars ſubiectiua illius
libri.Soluunt aliqui ꝙ ibi non demonſtratur eſſe ignis, ſed demonſtra-
tur ignem eſſe in loco.iſta ſolutio non eſt de intentione Auer. quia ipſe
habet ibi in cõmento.vbi demonſtratur ſpecies ſubiecti artis.ideo dica-
mus non inconuenire demonſtrari ſpecies ſeu partes ſubiectiuas, quod
idem eſt:in ſcientia, vbi illæ ignotæ fuerint, & nulla alia ratione moue-
mur ad hoc aſſerendum, niſi in caſu quo illæ fuerint ignotæ, nam quid
prohibet eas in ſcientia demonſtrari poſſe demonſtratione ſigni vbi in
tali ſcientia fuerint ignotæ & cum hoc in tali ſcientia fuerit medium no
tius per quod in illa ſcientia demonſtrari queant quod dico ꝓpter ſub-
ſtãtias ſeparatas, quæ licet ſint partes ſubiectiuæ entis inquantũ ens, qđ
eſt adequatum ſubiectũ meta.non tamẽ poſſunt demonſtrari ex defectu
medij, quia nullũ aliud eſt mediũ.vt.d. Cõmen.ad probãdũ ſubſtantias
ſeparatas eſſe niſi motus.vt d.Commentator.xij.meta.com.5.hoc autẽ
raro cõtingit in ſciẽtia ꝙ tales partes ſubiectiuæ in ſciẽtia demonſtrant

vel quia raro contingit ꝙ ſint ignotæ, vel quia raro contingit illam ſciẽtiā habere mediū notius in illa ſciētia ad illas demōſtrādas, vnde Commen. 4. cæli. 32. expreſſe dicit raro iſtud contingere. Et vt ego puto, hoc non contingit, niſi propter alteram iſtarū duarum cauſarum. propoſitio igitur iſta Auer. non habet veritatem, niſi vt in pluribus non ſemper. Et ita eſt de multis propoſitionibus naturalibus, quæ non ſunt veræ, niſi vt in pluribus, & de hoc non debemus admirari. nam. ij. phyſi. 48. ea quæ ſunt a natura, aut ſunt ſemper, aut ſunt vt in pluribus.

Cōmen. 1. In eodem primo commen. dicitur quod eiuſdem ſcientiæ eſt ſcire ꝗa
3 eſſe rei, & quid ſit res illa. Huius tamen oppoſitum ſequitur ex dictis
P Auer. ij. phy. cō. 26. vbi habet ꝙ ſcientia naturalis bene cognoſcit eſſe abſtractorum, non autem cognoſcit quiditatem. Soluit dictū philoſophi habet locū hic quando ſi eſt inueſtigatū fuerit a priori, fallit autem quando tale ſi eſt inueſtigatum fuerit a poſteriori, ſicut procedit inſtantia ex. 26. ſecundi phyſi. Et iſta gloſſa eſt ipſius Ariſt. ij. poſteriorum. & Auer. tex. com. 8. ſicut clare videre poteris.

In cō. vltimo quod eſt octauum in ordine dicit Cōmen. ꝙ anima po-
Cō. vltimo teſt ſimul oppoſita recipere. Huius tamē oppoſitum habet. 4. meta. tex.
4 com. 9. vbi Commen. & Philoſophus probant per deductionē ad impoſsibile, ꝙ ſi primū principiū non eſſet verū, tūc opiniones contrariæ in eodē eſſent. & Commen. in com. d. ꝙ qui. d. aliquod intelligibile ponit hoc fundamentū, ꝙ duo oppoſita non congregantur inſimul. memini me ſuperius difficultatē iſtam in hoc loco diſcutiendā fore pollicitū eſſe, quia videbatur locus iſte proprius eſſe huic materiæ. Dico de intentione ſapientū ea quæ diſperſa ſunt in inferioribus vnita eſſe in ſuperioribus, vnde Cōmen. xij. meta. cō. 18. d. oēs formas in potētia eſſe in prima materia actuvero ſunt in primo motore, & illud forte intēdebat Plato in poſitione idearū, ſicut dicit Cōmē. ibi ſiī dico ꝙ ea quæ contrariantur in rebus inferioribus, & materialibus in ſuperiorib⁹, & in materialib⁹ nō contrariant, vnde ſicut. d. Cōmē. hic albedo & nigredo quo ad eſſe quod habēt extra animam in materia cōtrariantur. Et ideo materia ſimul nō pōt habere iſta, ſed ſucceſsiue, maxime quō ad gradus ſecūdū quos cōtrarietatē habēt. quod dico ꝓpter colores medios qui ſcd'm Auer. in pluribus locis actu cōponunt ex extremis, tū ſpecies albedinis & ſpecies nigredinis nullā habēt cōtrarietatē in viſu vel in ſenſu cōmuni vel in intellectu. de iſtis igit̄ cōtrarijs incōplexis iudico dictū Auer. veritatē habere ſine dubio, ſed de cōtrarietate quæ eſt inter cōplexa difficultas eſt, & aliqui ad pauca reſpiciētes voluerūt etiā prædictā Auer. ſententiā ſe extēdere ad cōplexa ita ꝙ dicūt opiniōes de contradictorijs nō eſſe cōtrarias in intellectu. Et iſta opinio falſa eſt, & impoſsibilis ſine dubio, ſalua eorū pace, tū ꝗa ſententia philoſophi expreſſa eſt in ſecūdo perihermenias cōtra hoc, tū ꝗa opinio iſta redit ad opinionē negantiū primū principiū. nā ſi opiniones de cōtradictorijs nō ſunt contrariæ ꝗd ergo ꝓhibet vnū & eūdē cōtradictoria vere opinari, ſed iſtud inconueniēs cōtingit eis, ꝓpter vnitatē intell's ſuſtinēda quā recti⁹ finitionē, & fatuitatē dicere fas eſt, ſed vt dixi ad pauca reſpiciētes de facili enunciāt, ſi tū eſt tibi curæ iſta ſoluere, ꝗa fides nō habet meritū vbi humana ratio præbet expimētū, dicas opiniōes cōtradictoriorū cōtrarias eſſe, tū

eſto φ ſit vnitas intellectus diceret Commen.propter hoc non ſequi ali quod inconueniens.Nam quemadmodum eadem oratio veri & falſi ſuſceptiua eſt ad variationem factam in re,quia in ea non eſt niſi tanquam in ſigno,in re autem eſt tanquam in cauſa,ſic etiā veritas & falſitas propoſitionū cōtradictoriarū exiſtentiū in intellectu cōſiſtit in relatione ad diuerſa phantaſmata. & reſpectu illorum nō ſunt cōtraria, ſed reſpectu vnius & eiuſdem hominis cōtraria ſunt,quia in virtute eius cogitatiua non poſſunt eſſe duæ opiniones particulares cōtradictoriæ.& quia intētiones intellectæ,ſicut dicit.3.de anima.30. ſunt colligatæ cū intētionibus imaginatis,ſic igiť reſpectu vnius cōtraria ſunt, non reſpectu diuerſorū,ſed iſta ſolutio,& ſi de intētione Cōmē.ſit,tñ multas habet inſtantias,quæ ad tertiū de anima dimittanť diſcutiendæ, vbi in quæſtione de intellect⁹ purificatione multa dicere meminimus. Ad formā igiť cōtradictionis dicendū puto φ longe aliter Auer.exponit textū illū nonum quarti meta.quā exponūt noſtri latini,nā ſecūdū latinos Ariſt.ibi ſecūdū eorū expoſitionē probat φ duo cōtradictoria nō poſſunt ſimul vera eſſe,quia ſi quis opinaretur oppoſitū primi principij ſequereť φ cū opiniones de cōtradictorijs ſint cōtrariæ,tūc accideret contraria in eodem eſſe,ſed longe aliter exponit locū illū Cōmē.& ſua expoſitio talis eſt, φ ſi dictū Heracliti eſſet verū cū contingat duos diuerſos homines dicere cōtradictoria, & exiſtimare ea vera eſſe, ſequeretur ergo duo cōtradictoria eſſe vera ſimul, quod nō eſt poſſibile.qcqd ſit de hoc iam dixim⁹ qūo cōtraria in intellču pñt ſimul recipi,& qūo non,de dictis aūt aliorū nō ſit nobis curæ iuxta illud. Arbitrij nři nō eſt quod quiſq; loquatur. Q R

Ibidē dicitur falſum & verū in anima eſſe,bonū aūt & malum eſſe in materia.Sed oppoſitū hui⁹ apparet. 3.de anima.34.&.5.meta.t.cō.xix. vbi diciť φ maxime bonū & malū tale quale in animatis. Dico φ Cō. 3.de aia.cō.34.dicit.φ ens in intellectu eſt bonū ſimpliciter.ſed ens extra intellectū eſt bonū in reſpectu intelligitur ſic dictū iſtud ens in intellectu eſt bonū ſimpliciter,id eſt,inquantū ens abſolute.iuxta illud philoſophi,ſimpliciter dico quod nullo addito dico, ſed ens extra intellectum eſt bonū in reſpectu,quia eſt bonū in reſpectu operantis. Et ideo dixit ſecūdū φ mihi videť Cōmentator.xiij.metaphy.cō.36.φ balneū in anima mouet vt efficiens,ſed balneū extra animā mouet vt finis,quia cū finis habeat rationē boni,iuxta illud philoſophi in ſecūdo metaphy. tex.cō.8.q dicunt infinitū auferūt boni naturā.&.5. metaphyſi.tex. cō. 3.& qa bonitas balnei in reſpectu operātis nō eſt ſecūdū eſſe quod habet in anima,ſed ſecūdū eſſe quod habet extra animam.propter hoc dixit ergo Cōmentator balneū extra animam mouere vt finē. quantū aūt ad intentionē Philoſophi hic ſpectat dicendū puto, cum beato doctore in prima parte ſummæ.q.16.articulo primo.φ ſicut bonum nominat id in quod tendit appetitus.ita verū nominat id in quod tendit intellectus. hoc aūt diſtat inter appetitū,& intellectū ſiue quācūq; cognitionē,nam cognitio eſt ſecūdū φ cognitū eſt in cognoſcēte.Appetitus aūt eſt ſecūdū φ appetens inclinať in ipſam rem appetitā,& ſic terminus appetitus φ eſt ipſum bonū eſt in re appetibili.ſed termin⁹ cognitionis, quod eſt verū eſt in ipſo intellectu.& ſicut bonū eſt in re inquantū habet ordinē ad appetitū,propter hoc ratio bonitatis deriuatur a re appetibili in ap- Cōmen.2. S

petitum ſecundũ ꝙ appetitus dicitur bonus prout eſt boni, ita cum verum ſit in intellectu ſecundum ꝙ conformatur rei intellecte neceſſe eſt ꝙ ratio veri diriuetur ad rem intellectam, vt res intellecta vera dicatur ſecundum ꝙ habet ordinem ad intellectum, & hoc forte voluit dicere philoſophus quod bonum & malum, ſunt in rebus, ſed verũ & falſum ſunt in anima, propter hoc tamen non excluditur quin in rebus animatis ratio boni ſit, cum animata etiam res ſint, & veriores res quam inanimata. teſte philoſopho in ſecundo de generatione animalium. cap. j. & etiam Auguſtino. 15. de trinitate. c. 4. viuentia non viuentibus, intelligẽtia non intelligentibus, iniuſtis iuſta, beata miſeris præferenda iudicamus. Et ideo tenendum eſt maximum bonum in animatis eſſe cum maxime res ſint. vt dicit philoſophus. 5. meta. xix.

Concordantiæ Auerrois ſuper. 7. metaphy.

Comm. 5. **Auerrois** ſeptimo meta. com. 5. habet quod omnes antiqui de quibus meminit philoſophus ibi non perceperunt,

1 niſi materiam ex quatuor cauſis. Sed hui⁹ oppoſitũ habet ex hoc quod dicam, nam Anaxagoras cognouit intellectum abſtractum. primo de anima. 80. & primo phyſi. 39. & primo meta. tex. com. ij. qui ſecundũ ipm erat ſegregans omni aquæ in ſuo chaos commixta erant. ſimiliter inſtantia eſt de Empedocle, ipſe enim poſuit vltra quatuor elementa, quæ ſecundum ipſum concurrebant in genere cauſæ materiales, litem & amicitiam quæ concurrebant in genere cauſæ efficientis, ſicut patet primo

T phyſi. tex. com. 41. Soluitur. propoſitio iſta habet veritatem de omnibus alijs antiquis longe ante Ariſto. exiſtentibus. præterquam de Anaxagora, & Empedocle, ſicut ſcribit Commentator in ſecundo phyſicæ auſcultationis. com. 75. Dixit autem notabiliter de antiquis longe ante Ariſto. exiſtentibus, propter Socratem & Platonem, nam tempore iſtorum fuit cognita ratio finis, ſicut dicit Commentator primo meta. com. 50. quia iſti inſtituerunt reſpublicas propter bonum. ſimiliter Plato ideas poſuit, quæ in genere cauſæ efficientis concurrunt.

Com. 10. In commento. 10. habet ſingularia notiora eſſe vniuerſalibus. Huius

2 oppoſitũ habet primo phy. tex. com. 4. & com. 5. & 57. & alibi infini-

V ties. Soluitur. ſingulare de quo loquitur hic eſt notius vniuerſali in cauſando iuxta illud Philoſophi in proœmio meta. vniuerſalia ſunt maxime difficilia ad cognoſcendum. aut loquitur hic quantum ad cognitionem complexam, ſingulare enim & ſi de eo ſcientia non ſit, tamen eſt principium ſcientiæ pro quanto ex ſingularibus per inductionem ſumitur vniuerſale, quod eſt principium artis & ſcientiæ, aut loquitur de cõfuſa cognitione ſingularium & de diſtincta vniuerſalium, ſed iſtud vltimum non placet multum, quia tunc abuſiua ſatis eſſet iſta comparatio, ſicut intuenti patere poteſt, aut aliter ſingularia ſunt notiora nobis in cognitione in genere ſumpta, vt eſt communis ad ſenſitiuam & intellectiuam: nam prima noſtra cognitio naturalis ſenſitiua eſt.

Comm. 11. In com. 11. ſcribit Cõmentator quod ſubſtãtiæ cõpoſitæ habẽt diffi-

3 nitionẽ. Huius tñ oppoſitũ expreſſe habet infra. in cõ. 37. Solutio eſt

X iſta qñ infra. d. cõpoſitorũ non eſſe diffinitiones, per cõpoſita intellexit ſingularia, & de talibus non eſt ſcientia, neqꝫ ꝑ diffinitionẽ, neqꝫ per demõſtrationẽ, 7. hui⁹ tex. cõ. 35. & 53. ſed ſolũ ſenſus, hic vero ſumit compoſita

poſita vniuerſalia. & talium bene diffinitiones eſſe poſſunt: ſimiliter ta/
lia ſubiecta demonſtrationum ſunt. & hoc eſt quod dixit Commen. pri/
mo meta. commen. 27. ſenſibilia habent duos modos comprehenſionis:
vnum quī nō eſt ſcientia eorum ſed imaginatio: vt ſunt ſingularia. & mo
dum quī eſt ſcientia eorum: & ſunt intellecta vniuerſalia.

In cōmento. xij. habet Commenta. quod diffinitum eſt vnum actu: & Com. 12.
duo potentia. Sed huius oppoſitum habet infra tex. cō men. 43. vbi ha/ 4
bet quod genus eſt in potentia & differentia eſt actus. & ita diffinitum Y
non eſt duo in potentia: ſed vnum in potentia: & aliud in actu. Solui/
tur. diffinitū eſt vnum in actu: quantum ad conceptū confuſum: ſed quan
tum ad conceptum diſtinctum eſt duo in potentia: quia poteſt reſolui in
duos conceptus: qui conceptus tamē ita ſe habent quod vnus eſt poten/
tialis ad alterum: ſicut conceptus generis ad conceptum differētiæ: & ita
ſedatur contradictio clariſsime: ſicut vides.

In cōmento. xiij. habet Commentator qđ diffinitio nō eſt omnis ſer/
mo ſignificans illud quod ſignificat nomen. Huius tamen oppoſitum pa Com. 13.
tet. 4. meta. tex. cō. 28. vbi habetur qđ ratio quā ſignificat nomen eſt dif 5
finitio. Solui. in habentibus quid rei & ratio quid nominis coincidūt:
non tamen abſolute ratio quid nominis quælibet eſt diffinitio quid rei:
multa enim habent quid nominis: quæ tamen quid rei carent.

In com. 14. ſeptimi metaphy. habet Commen. quod priuatio non eſt
non ens ſimpliciter. Sed huius oppoſitū patet primo phyſi. 79. cōmento. Cōmē. 14.
Reſpōdetur priuatio formaliter eſt nō ens. ſed cōnotatiue aliquid entita 6
tis habet: ſic loquitur hic ratione cōnotati: ſed in alijs locis loquitur reſpe/
ctu ſuæ primæ formalis imaginationis. vide cō. vndecimum duodecimi
metaphy. & commen. 60. primi phyſi.

In cōmēto. 18. habet Cōmentator qđ accidentia ꝑ accidens nō habēt
diffinitionē oīno. Huius tamē oppoſitū patet ſupra commēto. 14. &. 15. Com. 18.
Soluitur. intelligitur dictum eius hic iſto modo. accidentia per acci/ 7
dēs nō habēt diffinitionem oīno: quæ videlicet habeat habitudinem per Z
ſe: & eſſentialē: & hoc manifeſtant verba eius ſequentia: quia reddēs cau
ſam ſui dicti: propter quid accidentia iſta nō habent oīno diffinitionē in
quit: diffinitio enim ſignificat res terminatas. Aut aliter ſolui poteſt: acci
dentia ꝑ accidēs duplici ſubiecto comparari poſſunt eſſentiali: ad quod
primo conſequuntur: & in accidentali cui per accidens attribuuntur: &
tunc diceretur qđ talia accidentia in comparatione ad ſubiecta quibus
per accidens attribuuntur: non habent diffinitionē: ſed bene in compara
tione ad prima ſubiecta diffiniri poſſunt. & iſtam ſolutionem etiam latē
ter innuit Cōmentator in hoc loco: ſicut mihi videtur.

In cō. 23. dicit diſſolutionē fieri a poſteriori ad prius. Huius tñ oppoſi
tum patet ſecundo meta. cō. vndecimo. vide ibi: quia ſoluta fuit. Cōmē. 23.
Ibidē habet: ꝙ materia denominatiue prędicat de eo, cuiꝰ eſt materia. 8
oppoſitū patet ſecundo de generatiōe. tex. com. 4. cōtra Plato. vide ibi: 9
quia ſoluta fuit.

In. xxv. cō. ſcribit Commētator ꝙ generatio magis attribuitur priua/
tioni q̃ ſubiecto. Huius tamen oppoſitū patet primo phyſi. cō. 60. vbi Cōmē. 25.
habet ꝙ illud qđ vere generat. ſubiectū eſt. Soluit ſubiectū motꝰ vere 10
moueri dicit: qa motꝰ eſt i moto nō in motore, & ideo ſubiectū gñatiōis A

veriſsime generari dicitur.vt Cōmenta.dicit primo phyſi.cō.60.ſed in talibus non ſolemus niſi rariſsime loqui cū iſtis præpoſitionibus ex:vel ab.in ſubiectis.vt dicamus ex homine fit muſicus:vel ab homine fit muſicus: ſed.talibus modis loquendi vtimur in priuationib⁹:ſolemus enī dicere ex immuſico muſicum fieri.& hoc maxime proprium eſt idomati græcorum:ſicut ſcribit Commenta.primo phyſi.61.commen.& ideo dixit hic generationem magis attribui priuationi quam ſubiecto ad modum declaratum:& de hoc clare vide commen.61.primi phyſi.& inuenies illud quod dicimus.

Cōmē.29. In com.xxix.habet Commē. quod quemadmodum eſt in mobilibus
11 localiter quod quædam moueatur ex ſe:& quædam ex alio. ita eſt in ge
B nerabilibus:videtur ergo quod aliqua ab intellecto alterari queāt & generari. Cuius oppoſitum patet ſecūdo phyſico.commēto primo.Ibi ſoluitur:quia licet in corporibus ſimplicibus non inueniatur corpus quod alteretur ex ſe:ſicut inuenitur corpus ſimplex quod mouetur in loco ex ſe:tamen in compoſitis hoc: vt ipſe dicit fallit: quia talia poſſunt habere principium intrinſecum effectiuum reſpectu ſuæ alterationis & partialis generationis: ſicut eſt in nutritione quæ fit in animalibus & plantis reſpectu illorum quæ adueniunt ſuis corporibus ab extrinſeco: ſicut eſt cibus & potus.

Cōmē.32. In commen.xxxij.dicit qđ in generatione ſubſtantiæ: oportet quod
12 præexiſtat agēs qđ ſit ſubſtātia:ſed inſtātia eſt de igne q ſecūdo cæli.cō.
C 42.& primo meteororū:generaſ a motu. Soluitur.in cōmen.illo.42. Nam ſubſtantiæ imperfectæ quæ quodammodo mediant inter ſubſtantiam & accidēs:quales ſunt ſubſtantiæ elementorum indifferenter poſſunt & ab vniuoco:& ab æquiuoco generari.

Com.37. Auerrois commen.37.huius dicit,quod diffinitio eſt formæ vniuerſa
13 lis non compoſiti ex materia & forma. Huius oppoſitū patet commen.
D vltimo octaui huius vbi habet diffinitiones eſſe compoſitorum. Soluitur.ſumpſit hic compoſitū ex materia & forma:vt eſt ſingulare diſtinctum contra vniuerſale.Et de tali non eſt diffinitio:ſed ſenſus:ſed cōmē. vltimo octaui huius ſumpſit compoſitum vniuerſale nā tale ex materia in communi:& forma in cōmuni componitur:& iſtius diffinitio eſſe poteſt teſte philoſopho hic.7.meta.tex.commen.17.

Cōmē.37. Ibidem ſcribitur quod formæ naturales ab intellectu nō poſſunt ſepa
14 rari a materia in imaginatione.Huius tamē oppoſitum ſcribitur.4.phy.
E cō.37.&.8.meta.cō.8. Soluitur.omne qđ intelligitur:intelligitur ſecundū qđ eſt in actu:ſicut patet.9.meta.tex.cō.20.Et ideo cum materia ſit pura potētia pro occurſu ab intellectu nō poteſt apprehendi ſine forma:ſed eſt per analogiā ad formā cognoſcibilis:ſicut patet primo phy. tex.cō.69.ſed ſic cognita materia:intellectus actu ſecundo poteſt materiā ſine forma intelligere:intelligendo.ſ.materiam non eſſe formā: & formā nō eſſe materiā.Nam vt ſcribit Cōmentator.12.meta.cō.39.intellectus natus eſt diuidere adunata in eſſe in ea ex quibus cōponunē: quāuis non diuidantur in eſſe:ſicut diuidit materiam a forma.

Com.44. Dicit Cōmē.cō.44.ꝙ in indiuiduo nō eſſe:niſi forma particularis&
15 materia ex quibus cōponiē.Sed huius oppoſitū patet.5.meta.cō.6.vbi
F habet ꝙ in indiuiduo demōſtrato eſt natura addita nature cōponētiū:& eſt illud

eſt illud qđ fit ex cõpoſitione. In omni eñ cõpoſitione ad aliquã vnita tem deuenire neceſſariũ eſt. Soluitur. conſtitutiue & integratiue nihil eſt in indiuiduo quã materia & forma ſic intelligitur dictum eius hic. en titatiue aũt aliquid tertium poteſt eſſe qđ nõ eſt nec materia, nec forma: ſed eſt ſubſtãtia cõpoſita: quicquid dicãt nouelli negãtes tertiã entita tem ſecundũ principia Auerro. Aut aliter dici poteſt qđ dictũ eius hic procedit cõtra Platonẽ: qui poſuit ideam ſeparatã neceſſariã ad genera tionẽ indiuidui: & ad eius compoſitionem, ſicut poteſt patere tibi ex cõ. 45. huius ſeptimi: & ita iſta auctoritas nõ eſt cõtra ipſum in preallegata auctoritate quinti metaphyſicæ ſicut vides.

Cōmētator in cõ. 30. dicit quod omne æternū eſt actio pura: & omne quod eſt actio pura nō habet potentiā: ex hoc igitur videtur vel Cōmentator nullū eternū habere potentiā. Huius tamē oppoſitū habet ab ipſo 3. de anima. cõmen. 5. in ſolutione. 3. quæſtionis. Et in cõmento. 14. vbi habet in omni intelligētia citra primā eſſe potentiā. Soluitur, potentia duplex. logica: & phyſica. potentia phyſica conſequitur materiā: ſiue ſit materia in potētia ad eſſe: ſiue ſit materia quæ ſit in potentia ad vbi: ſiue ſit materia quæ ſit in potentia ad intelligibilia: de tali potētia in ſubſtātijs æternis nō eſt potentia ad eſſe: ſiue illæ ſint corpora æterna: ſiue ſint motores æterni: vt patet. 8. phy. & in lib. de ſubſtātia orbis. & primo cœ. infinities. potētia ad vbi bene eſt in corporibus æternis: quia talis cõſequitur materiā in actu: quæ eſt ipſe orbis. Materia aūt intelligibiliū eſt intellectꝰ poſſibilis. Et iſta materia reperit in anima intellectiua vere: cū ipſa ſit ſecundū Cōmentatorē cōpoſita ex intellectu agēte: & poſſe tanꝗ ex duabus partibus eſſentialibus: per quarū alterā creat intelligibilia: & per alterā recipit ea: ſed in alijs intelligētijs nō eſt intellectus poſſibilis vere: cū in eis nō ſit intellectio recipiēdo: ſicut fit in nobis: vnde nulla potentia phyſica in alijs intelligentijs excepta anima intellectiua vere reperitur: nō potētia ad eſſe: qꝛ ille inſequit materiā primā: nō potētia ad vbi: quia illa inſequitur materiā in actu: quæ eſt corpus ſimplex nō compoſitū ex materia & forma: intelligēdē aūt oēs: nec ſunt corpus nec ſunt virtutes in corporibus: nō eſt etiā in eis potētia ad intelligibilia quia in eis non differunt intelligens: intellectum: & intellectio ſicut eſt in anima Cōmē. 30. 10 S

noſtra in ordine ad nos conſiderata:vt ipſe tenet:nulla igitur eſt ſecundũ
Auer.vera potentia in æternis ſubſtãtijs.alia aũt potentia logica eſt:quæ
nihil reale dicit:ſed dicit ens rationis. nam potentia logica apud me nil
aliud eſt quam ens rationis cauſatum ab intellectu ex nõ repugnãtia ter/
minorum:inquãtum nõ repugnãt. Pro quo debes ſcire quod ſolum vnũ
eſt ens ſimpliciter perfectũ in quo eſt tota perfectio poſsibilis reperiri in
habitu entis: & iſtud eſt ſolus deus ſicut ſcribit Cõmenta.5.met.cõ.21.
Et tale verius dicitur eſſentia quam ens:cum ſit ens per eſſentiam. Alia
vero ſunt entia per participationẽ: ſicut ſcribit Cõmen.2.met.cõ.4.&
12.meta.cõ.51.omnia aũt entia citra primũ deficiũt aliquo gradu perfe/
ctiõis poſsibilis reperiri in habitu entis:quia omnia emanãt a primo: eo
modo quo apta ſunt emanare:nullũ aũt ens aptũ natum eſt emanare:a pri
mo inæquali gradu perfectionis primi:cum impoſsibile ſit dari duo pri/
ma æque perfecta in genere entium:quorum vnum ſit ab alio.immo nul/
lo modo:ſicut oſtendit philoſophus.xij.met.ad finem: & etiam pulchre
deducit Scotus primo ſententiarum diſtinctione.ij.q.iij. Et ideo quia ſe
cunda intelligẽtia emanat a prima in alietate naturæ. & cum eſſentiali
dependentia a prima:licet ſecundũ philoſophos iſta intelligentia ſit ab
æterno habens omnem perfectionem poſsibilẽ ſibi:inquantum talis in/
telligentia eſt in tali rerum ordine conſtituta: quia ibi non differt poſſe
ab eſſe:ſicut patet.iij.phy.tex.commen.xxxij.poſsibilitas enim in eis eſt
neceſsitas:ſicut patet.iij.cæli.commento.xxxiiij.vnde Commen.ibi di/
cit.poſsibile in rebus æternis eſt neceſſarium:cum nihil ſit poſsibile in
eis vere. Notanter dixit vere:quia nulla vera potentia in eis eſt: vt dedu
xit.tamen iſta intelligentia inquantum ens reperitur priuata aliqua perfe
ctione:quia ſibi inquãtum ens non repugnat habere maiorem perfectio/
nem quam ſit illa quam actu habet:quia ſi ſic ſibi repugnaret:cuilibet en
ti hoc repugnaret:quod falſum eſt:ſicut ſi talpę repugnaret viſio inquan
tum animal:cuilibet animali viſio repugnaret: iſta autem potentia non
eſt vera potentia:quia nihil reale dicit.ſed ſolum eſt ens rationis fictũ ab
intellectu ex non repugnantia talium terminorum: ſicut diximus: & de
iſta potentia loquebatur Commentator.3.de anima.commen.5.in loco
allegato quando dixit.in omni intelligentia citra primam reperiri poten/
tiam. Et ego addo quod etiam in omni ente abſolute citra primũ eſt po/
tentia:& ideo opinio illa Subtilis doctoris in.8.diſtinctione primi.q.pri
ma,vbi tenet quãlibet creaturam compoſitam eſſe ex actu & potentia:
tanquam ex priuatiuo & poſitiuo.eſt opinio veriſsima:& de intentione
Auerrois ſine dubio:ſic igitur de potentia præfata diſtinctio controuer/
ſiæ modum ſoluit.

Com.36. In commento.36.duodecimi inquit Commentator quod formæ ma/
11 teriales actu ſunt in materia:ſed potẽtia:ſicut in primo motore. Huius ta
men oppoſitum inuenimus in commento.18.ad finem in eodem libro.

Soluitur quãdo forma materialis eſt actu in materia talis potentia eſt
in deo:quia eminenter in deo continetur:non actu formali. Sed quando
potentia eſt in materia:tunc actu virtuali eſt in deo & iſta non contradi
cunt ſicut vides.

Cõmẽ.37. Auerrois in cõmento.37.inquit deum ſolicitari circa indiuidua ſub
12 ratione ſpeciei:nõ ſub ratione indiuidui. Hui⁹ oppoſitũ habet ab Ariſt.

& ab

& ab ipſo decimo ethicorum capitulo.10.vbi dicit:circa ſingularia : vt
ſingularia:ſunt deum ſolicitum, eſſe: inquit enim ibi: quod viſitat deus
ſapientem:ſicut facit amicus cum amico. Soluitur ibidem. quia dici/ T
tur in textu:nam ſi dij curam aliquam habent humanarum rerum:vt exi/
ſtimatur & creditur : rationabile eſt eos gaudere optimo & cognatiſsi/
mo:patet quod ibi loquitur probabiliter:nam ſermones ſiunt ſecundum
materiam ſubiectam:& quia ibi erat in moralibus:congruum fuit vulgo
perſuadere hoc:ſed in ſcientia diuina tex.com.51. determinat Philoſo/
phus ſecundũ propriam intentionẽ deum circa ſingularia : vt ſingularia
materialia ſunt:non habere ſolicitudinem. ſic diceret : vt mihi videtur
Auer.in iſta contradictione.Sed iſta opinio falſa eſt & heretica & con/
tra fidem noſtram quæ falli non poteſt: cum ordine infallibili regatur:
nec rationes philoſophorum cogunt contra nos.immo ipſemet Commẽ
tator ab ipſa quaſi veritate coactus dicit ſe quandoꝙ a deo illuſtratum V
fuiſſe in ſolutione alicuius difficultatis & multa cõſimilia. Sed hic eſt
locus dubitationis quid eſt hoc dictu deum intelligere entia ſecundum
ſpeciẽ:;& ſolicitari de entibus ſecundũ ſpeciem:,ſi enim intelligatur deũ
cognitionem habere de Socrate & Platone vt conueniunt in natura hu/
mana : multiplex videtur ſequi inconueniens : tum quia talis cognitio
eſſet vniuerſalis:quia cognoſcere ſortẽ.vt eſt homo eſt habere cognitio/
nem vniuerſalem : & per conſequens potentialem:cum ſcire in vniuerſa
li ſit ſcire in potentia.12.metaphyſi.commen.14.conſequens autem fal/
ſum eſt:nam ſecundũ ipſum.12.meta.cõmen.51.ſcientia dei non eſt vni/
uerſalis neꝙ particularis.Amplius accideret poſitio idearum in mente
diuina : quia non eſt maior ratio quod ſpecies humana cognoſcatur ab
intellectu diuino:quam aliæ ſpecies & ita rediret opinio Platonis quæ
ſecundũ excellentes Platonicos fuit quod ideæ eſſent in mente diuina:
iſtud autẽ videtur repugnare dictis peripatheticorum dicentium deum
tantũ vnum intelligere.Iſta ſunt quæ diu agitaui in via eorum:& tandem
deueni ad hoc quod ſecundum ipſius Auer.ſententiam.12.metaphy.cõ/
mento.51.Deus ſublimis tantũ vnũ intelligit:& illud intellectum eſt ſua
eſſentia quæ eminenter eſt omnia:cum(ſicut ſupra dictum fuit)nulla ſit
ibi potentia neꝙ imperfectio aut defectus:ſequitur autem ex hoc omnia
alia entia ſuppoſita eſſe reſpectu eſſentiæ diuinæ per participationem di
cta:ſicut patet ſecundo meta.commento.4. Deus igitur intelligens ens
per eſſentiam intelligit omnia ſecundũ ſpeciẽ:quia omnia entia ſunt qua
ſi ſuppoſita per participationem dicta in ordine ad eſſentiam diuinam:
non quod diuina eſſentia formaliter ingrediatur conſtitutionem alio/
rum entium : ſed iſta participatio eſt talis : quod eſſentia aliorum en/
tium eſt quædam participatio dependentiæ reſpectu diuini eſſe : pro
quanto quelibet talis fuit extrema natura a natura diuina : dependent
tamen ab ipſa : & ſecundum quod tales creaturæ magis & minus di/
ſtanter dependent ſecundum hoc dicuntur magis & minus perfectæ:&
ſic intelligitur dictum Philoſophi ſecundo de anima.34.vbi habet : qđ
omnia appetunt participare diuinum eſſe eo modo quo poſſunt . & pri/
mo cæli.tex.commen.100.habet . his quidem communicatum eſt eſſe:
alijs quidem clarius:alijs vero obſcurius.Nulla igitur ſecundum ipſum/
met Ariſtote. & Auer.eſt alia idea ; nullum exemplar: nulla alia forma.

X niſi diuina eſſentia:quæ taliter ab omnibus participatur. Et ideo dicit Commentator commento.51.huius.quod ſi quis cognoſcat caliditatẽ ignis talis non diciturignorare naturam caliditatis exiſtentis in alijs entibus.& ſic dei intellectio eſt per ſpeciem:pro quanto cognoſcendo ſe cognoſcit illud quod eſt omnia: quia cognoſcit ens per eſſentiam: ens autem per eſſentiam ſpecies eſt participata ab entibus per participationem dictis. Iſtud autem verificari poteſt per dictum Auer. quarto phyſice auſcultationis, commento.120.vbi habet:ſi illud quod eſt calidum ſimpliciter,eſt ignis ſimpliciter: illud quod eſt aliquod calidum eſt aliquis ignis: vbi patet manifeſte ſecundum ipſum ens participatiue: dictum eſſe:quaſi ſuppoſitum entis per eſſentiam.& iuxta hoc conſimili modo poſſumus arguere ſi ens ſimpliciter perfectum eſt deus ſimpliciter, & eſt eſſentia ſimpliciter: ergo ens aliqualiter perfectum eſt aliquis deus vel aliquid deitatis habens:& eſt aliquod ens vel aliquid entitatis habens.ſic igitur deum omnia cognoſcere ſecundum ſpeciem : intellexit Commentator.ſicq́ deum ſolicitum eſſe ad extra: intelligendum deum pro quanto ad gradum entitatis in quolibet concurrit tanq̃ ad effectum primum & vniuerſaliſsimum ; qui vniuerſaliſsimæ & primæ cauſæ attribuidebet:iuxta illud Philoſophi.in ſecundo phy. text. commen.38.Effectuum vniuerſalium cauſæ ſunt vniuerſales.& ideo recte dixit auctor de cauſis.propoſitione quarta.dum dixit primam rerum creatarum eſſe ipſum eſſe : & nihil ante ipſum cauſatum eſſe : ſic etiam verificantur dicta Philoſophorum dicentium res mundi huius eſſe in intentione naturæ ſub ratione ſpeciei non ſub ratiõe indiuidui niſi per accidens:pro quanto deus & intelligentiæ concurrunt per ſe ad gradus naturæ communis.Ad gradum autem materialem concurrit agens materiale. & ſic ſolicitudinem habent circa iſta:quo ad ea quæ ſunt naturæ:ſed quo ad ea quæ ſunt indiuidui materiæ relinquuntur:ponentibus enim nobis duo extrema latitudinis entium : prima materia, ſcilicet & primo motore.12.metaphy. commen.18. congruum eſt materiales formas:quæ ſunt in potentia in prima materia:& ſunt in actu in primo motore in aliquibus diſpoſitionibus talia attribui materiæ : & in aliquibus attribui primo motori: & in alijs abſtractis ſubſtantijs : quæ cum primo concurrunt inſimul:vt ex eis fiat vnus actus: & ſecundo cap. de ſubſtantia orbis.&.12.meta.commen.44.& ſecundo cæli.cõmen.42. ex iſtis iam patet intellectionem dei actualiſsimam eſſe: cũ ſit tãtum per ſui eſſentiam:quæ eſt ipſa actualitas: patet etiam qualiter nõ eſt ibi vniuerſale nec particulare:nec potentia aliqua:nec multitudo idearũ ſecun

Y dũ viã Auer.& Ariſt.vt ego puto.licet nos vera hæc eſſe minime fateamur:quia catholice cõfitentur deũ omnia intelligere:iuxta illud Hieronymi.Ne minimũ quidem foliũ cadẽs in terra cadit abſq́ nutu dei:nec propter hoc ſequitur intellectũ diuinũ vileſcere: quia tũc intellectus aliquis vileſcit ex perceptione rei vilis : quando talis eſt cauſatus a re vili. & quando diſtrahitur a perceptione rei nobilis propter rei vilis cõſiderationẽ.Iſta autẽ deo benedicto non attribuimus:tũ quia ipſe nõ eſt cauſatus:ſed cauſatũ: quia percipiẽdo alia a perceptiõe ſuijpſi⁹ nõ diſtrahitur: cum alia nõ percipiat niſi in ſeipſo.nam ſua eſſentia eſt ſuum obiectum primo motiuũ: & primo terminatiuum reſpectu ſuæ intellectiõis:

alia

alia autē obiecta ſunt ſecundaria terminantia tantū nullo modo mouentia dei intellectum: licet igitur Ariſto. iſta non viderit, nec philoſophi: viderunt tamen iſta prophetæ: qui in ſuperiori gradu ſunt cōſtituti quam philoſophi ſecundū ſapientes: & ideo ſtante diſcordia in talibus potius prophetis credendum quam philoſophis: cum ipſi intentio res deo ſint quam fuerint philoſophi.

In commen. 38. ait Commenta. quod forma hominis inquantum homo eſt intellectus. Sed huius oppoſitum patet tertio de anima commen. quinto, vbi videtur velle quod anima intellectiua nō ſit forma dans eſſe homini. Cōmēt. 38 13 Defenſores Auer. in quæſtione de vnitate intellectus non potentes euadere argumenta a ſancto doctore in tractatu de vnitate intellectus: & in quæſtionibus diſputatis de anima: & in ſumma contra gentiles: deuenerunt ad hoc: vt dicerent animā intellectiuā eſſe veram formā dantem verū eſſe ſubſtantiale homini ad intentionem Auerro. & ſic volunt hominem intelligere formaliter per animā intellectiuā tanquam per principium formale cōiunctum homini ſecundū eſſe: & ſic vnitatem intellectus volunt ſuſtinere de mente Ariſto. & inconuenientia multa euadunt poſito iſto fundamento. Nos autē volumus veritatis amore aſtricti & chriſtianæ religionis vinculo coacti: oſtendere opinionē iſtam minime fuiſſe de intentione Auer. vt deſtructo fundamēto ſuper quo iſti inniruntur: deſtruatur poſitio vnitatis intellectus. Licet enim veritas iſta ſit animam intellectiuam eſſe formam ſubſtantialem hominis. Dico tamen Auerrois iſtam veritatem non vidiſſe. Moueor autē ad hoc rationibus Z & auctoritatibus eius. Præſuppono de intentione eius formam hominis per quā homo eſt generabilis & corruptibilis eſſe animam cogitatiuam quæ ſecundū ipſum educta eſt de potentia materiæ: & eſt multiplicata generabilis & corruptibilis: ſicut patet commen. 5. &. 20. in tertio de anima. Præſuppono ſecundo animā iſtam cogitatiuā prius natura aduenire homini quā animā intellectiuā: ſicut patet ſecūdo de generatione animaliū capitulo. 3. & eſt etiā hoc de mente eius, tertio de anima commen. 5. in ſolutione ſecundæ quæſtionis. Tertio præſuppono de mente Auer. animā intellectiuā eſſe quādam intelligentiā vnam numero in omnibus hominibus a materia ineſſe nō dependentem æternā a parte ante: & a parte poſt: his ſtātibus arguo Auer. nullo pacto poſuiſſe animā iſtā intellectiuā eſſe formā dantē eſſe intrinſece & formaliter ipſi homini: quia dato hoc ſequeretur qd' ex duobus entibus in actu fieret per ſe vnū: qd' eſt cōtra philoſophū: & cōtra ipſum in. 8. meta. tex. com. 15. & ſeptimo metaphyſicæ com. & tex. 49. & ſecundo de anima text. cō. 7. cōſequētia probatur: quia cū anima intellectiua ſit quoddā ens actu: per tertiū ſuppoſitum & homo conſtituit᷒: ex materia & anima cogitatiua: quæ eſt perfectiſsima forma inter formas eductas de potentia materiæ: ſit etiam quoddam ens actu: cum igitur anima intellectiua adueniat materiæ poſterius aut natura: aut natura & tempore reſpectu cogitatiuæ formæ: ſequitur igitur ex duobus actu exiſtentibus fieri vnum per ſe formaliter & intrinſece quantū ad eſſe quod eſt cōtra omnē philoſophiā. nec poteſt cauillādo dici qd' forma cogitatiua nō dat eſſe ſimpliciter homini: quia vt dictū eſt: ipſa eſt vere forma ſubſtātialis nō intēſibilis nec remiſsibilis: vt ſunt formæ elemētorum ſecundū Auerro. neq; eſt forma

aliqua generica qualitercũq; diſtincta a ſpecifica:ſed eſt forma ſpecifica cõpleta:ergo dabit eſſe ſimpliciter:& anima etiã intellectiua dat eſſe ſimpliciter:ergo etiã ſequitur nõ ſolum ex duobus actu entibus fieri vnum ens ſimpliciter. Immo ſequitur quod vnius rei erunt duo eſſe ſimpliciter.quod nõ capit intellectus:ſed dicebat quod anima intellectiua eſt forma dans eſſe nõ educta de potẽtia materiæ:ſed anima cogitatiua eſt forma dans eſſe educta de potentia materiæ:quę quia ordinabilis eſt ad animã intellectiuã tanquã ad poſtremã formã:ideo vtraq; vniri poteſt materiæ vna immediate:& alia mediante alia:& quod ex eis fiat vnũ ſimpliciter:ſed ſi iſte duæ formæ eſſent eiuſdem ordinis bene hoc inconueniret. Contra, ens actu inquantũ actu nõ eſt ordinabile ad aliud ens actu inquantũ ens actu:ſiue ille actus ſit alterius rationis ſiue eiuſdem: ita qđ ex eis fiat per ſe vnum:quia ſemper oportet, vt inquit Philoſophus in talibus vnum eſſe potentiã:aliud vero actum:ſed homo conſtitutus:vt dixi per animã cogitatiuã habet eſſe actu ſimpliciter per animã cogitatiuã aliter illa nõ eſſet forma dans eſſe ſimpliciter:qđ eſt falſum:nã ſi alię formæ mixtorũ inanimatorũ & animatorũ dant eſſe ſimpliciter: quãto magis cogitatiua hominis:quæ eſt ſuprema:ergo anima intellectiua nõ dat eſſe ſimiliter ſecũdũ ipſum. Aliter enim ſequitur idẽ habere duo eſſe. Et cõfirmatur:quia aut talia eſſe ſimpliciter ſunt duo:aut vnũ:ſi duo habeo intentũ:qđ tunc idẽ eſſet bis homo ſimpliciter:qđ eſt abſurdũ: ſi vnũ: cõtra:quãdo vnũ eſſe ſimpliciter attribuitur vni ſuppoſito ratione duarum formarũ:quarũ vna eſt ordinabilis ad aliã:illud eſſe principaliter attribuitur vltimæ formæ:quæ eſt actualiſſima: ſi ergo anima cogitatiua ordinatur ad intellectiuã tanquã ad poſtremã hominis formã: tunc eſſe ſimpliciter hominis inquãtũ homo principaliter eſſet ab anima intellectiua:& tunc ſequeretur qđ homo nõ eſſet generabilis & corruptibilis inquantũ homo:ſed inquantũ animal:ita arguit Cõmen. 3. de anima cõ. 5. probatur ſequela:quia homo intrinſece & formaliter eſt homo per te. per animã intellectiuã:ſed anima intellectiua nõ eſt generabilis:neq; corruptibilis:ergo homo nõ eſt generabilis inquãtũ homo:qđ eſt abſurdũ.

A Amplius tu eſſes per eſſe ſmei: & ego eſſem per eſſe tui:nã ſi eſſe ſimpliciter hominis:& platonis ſit per animã intellectiuã:cũ illa ſit vna numero erit in vtroq; ergo idẽ eſſet ſimpliciter numero erit in vtroq;. Aut igitur oportet te cõcedere animã intellectiuã non dare eſſe ſimpliciter: aut oportebit te incurrere in iſta inconuenientia. Et confirmatur:quia ſi anima intellectiua vniretur homini per informationẽ:ſequitur eam eſſe multiplicatã & diuiſam. Cuius oppoſitũ tenet Cõmẽ. probatur ſequela: quia oĩs forma dãs eſſe materiæ aduenit materię mediãtibus quãtitatibus interminatis primo cap. de ſubſtãtia orbis:ſed oĩs talis extendit ad extẽſionẽ materiæ:ergo anima intellectiua erit extẽſa. ita arguit cõmen. primo capitulo de ſubſtãtia orbis:ſi intelligẽtia vniretur orbi mediante dimenſione interminata eſſet diuiſa:ſed dicebat qđ eſt ratio diuerſitatis: quia intelligentia aduenit orbi nõ præexiſtẽte aliqua alia forma ſubſtantiali:& ideo ſi mediãte dimenſione vniretur per informationẽ ipſi materiæ:cũ omne receptũ recipiatur per modũ recipiẽtis:ſequitur intelligentiã eſſe extenſam. Sed anima intellectiua vnitur homini mediante alia forma ſubſtãtiali:quia mediãte anima cogitatiua:quæ ſufficiẽter termi

nat quã

nat quãtitatum interminatarũ interminationẽ:ne progredi poſsit vſq;
ad animã intellectiuã. Sed cõtra quãdocũq; eſt aliqua per ſe ratio ad/
æquata alicuius effectus facta quacũq; variatione in accidẽtalibus cauſis
reſpectu illius effectus:ille effectus remanet remanẽte ſua per ſe & adæqua
ta cauſa patet iſta ex terminis:ſicut in exẽplo dicimus: ſi rationalitas in
homine eſt per ſe & adæquata cauſa reſpectu riſibilitatis hominis: eſto
quod rationalitas cõiungeretur vel albedini vel nigredini:adhuc manẽ
te rationalitate maneret riſibilitas ſed tũc ſic ratio per ſe adæquata extẽ/
ſionis formarũ in materia inductarũ eſt ipſa quãtitas ſecundũ Auerroim
primo capitulo de ſubſtantia orbis:& nõ eſt præexiſtẽtia vel nõ præexi
ſtentia formæ præcedentis in materia. Aliter enim formæ mixtorum &
formæ accidentiũ aduenientiũ ipſis mixtis nõ eſſent diuiſæ:cũ tales ad/
ueniant materiæ poſt aduentũ aliarũ formarũ:ſed dicebat quod hoc eſt
verum de formis eductis de potentia materiæ:fallit autẽ de formis danti
bus eſſe materiæ non eductis tamen de potentia materiæ. Sed cõtra tu ne
gas ergo Cõmentatorẽ tuum:quẽ defendis quia a pari ſibi dicã in con/
ſequẽtia quã facit in primo capitulo de ſubſtantia orbis de intelligentia
quod eſto qđ illa vniretur orbi mediãte dimenſione, propter hoc nõ ſe
quitur ipſam extendi:quia dicãt ſibi qđ non valet hoc in formis nõ edu
ctis de potentia materiæ. Sed dicebat qđ procedit de intelligentia:& nõ
de anima intellectiua:quia vna aduenit mediante priori forma, alia non.
Cõtra conſimilis reſpõſio exigit conſimilẽ replicã. Cõmentatoris ratio
ſolum innititur rationi quãtitatis preciſe tanquã medio:quia dicit ſi vni
retur orbi mediante dimẽſione:nullam faciens mentionẽ de præexiſtenti
forma ſubſtãtiali vel non præexiſtẽti:quia videbat qđ illud nõ erat niſi
accidẽtale reſpectu diuiſibilitatis:præterea ſi tu dicis:ideo animã intelle
ctiuam non extendi:licet ſecundũ eſſe vniatur materiæ: quia talis adue/
nit poſt formã cogitatiuam quæ ſufficiẽter terminat materiã & intermi/
nationem quãtitatum exiſtentium in ea:vt vlterius progredi nõ poſsint
ad ſubſequentẽ formã. Contra ergo anima intellectiua aduenit materiæ
ſufficiẽter terminatæ per priorem formã:ergo ſi vnitur materiæ informa B
tæ per cogitatiuam:tunc ipſa erit accidens, Sic arguit Cõmenta. contra
Auic. primo phyſi. cõmen. 63. qui ponebat formam corporeitatis vniri
materiæ per informationẽ ante aduentũ aliarũ formarum: deducit enim
eum ad hoc qđ omnes ſubſequẽtes formæ eſſent accidentia:quia adue/
nirent materiæ exiſtẽti in actu ſimpliciter. Et ratio iſta apud Auerro. cõ
cludit de forma corporeitatis:quæ ſecundũ Auicẽ. erat imperfectiſsima
forma quare igitur argumentũ conſimile non procedet contra ipſum de
anima cogitatiua:quæ eſt formarũ perfectiſsima:ſed dicebat qđ in forma
dantibus eſſe materiæ:quæ ſunt eductæ de potẽtia materiæ incõueniens
eſt duas formas ſubſtantiales perfectas nõ intenſibiles:neq; remiſsibiles
eſſe in eodẽ ſubiecto:quia ſic vt aiunt intelligitur dictum Auerro. primo
capitulo de ſubſtantia orbis:dicentis vnum ſubiectum habere niſi vnam
formam:impoſsibile eſt. Dicitur, intenſibilitate carentes propter formã
elementi:dicitur eductis de potentia materiæ, quia in talibus quæ non
ſunt eductæ ſtat vnum ſubiectum habere plures ſubſtantiales formas:
quarum vna dat eſſe:& eſt educta de potentia materiæ:& alia etiam non
educta de potentia materiæ dat eſſe etiam; ſicut eſt de facto in homine qui

habet eſſe a duabus formis ſubſtãtialibus ſcilicet a cogitatiua & ab intellectiua. Sed contra a pari dicã pro Auic. quod eſto quod forma corporeitatis ſubſtãtiæ præexiſtat in materia: non ſequitur alias formas accidentia eſſe: quia ſecundum Auic. aliæ formæ: quæ de nouo inducuntur in materia non ſunt eductæ de potentia materiæ: ſed ſunt ab extrinſeco motore: quẽ datorem formarum appellat ſeu colcodeam: ſicut inquit de ipſo Commenta. 7. metaphy. commẽ. 31. Et cõfirmatur quia dato quod iſtæ formæ aduenientes poſt formã corporeitatis eſſent eductæ de potẽtia materiæ: tunc adhuc magis videtur quod ex forma corporeitatis quæ materialis eſt & alijs formis materialibus fiat vnũ per ſe: quam ex anima cogitatiua & intellectiua fiat vnum per ſe: nam illæ ſunt eiuſdem ordinis, iſte vero diuerſorum. Amplius opinio iſta incurrit opinionẽ Plato. & inconuenientia illius. Nam Ariſtote. commen. & tex. 45. ſeptimi metaphy. arguit contra Platonem probando ideam non eſſe cauſam formalem indiuiduorũ conſtitutorum ſub ipſa. Cauſam inquã formalẽ dantem eſſe non declarantem quiditatem: vt exponit ibi Commen. Et ratio ſua cõſiſtit in hoc: ſubſtãtia vniuſcuiuſq; indiuidui eſt ſibi propria: quodlibet vniuerſale eſt commune pluribus: ergo vniuerſale nõ eſt ſubſtãtia propria alicuius. Et inquit ibi Commen. quod cũ omnia indiuidua conueniunt in vna ſubſtantia numero ſunt vnum numero. Modo a pari: ſi ſecundũ ipſum omnia indiuidua ſpeciei humane conueniunt in vna forma numero quæ eſt anima intellectiua tanq; in forma dante eſſe ſimpliciter materiæ: ſicut iſti imponunt Auerro. demonſtratiue ſequitur omnia indiuidua eſſe vnũ numero. Et ita argumẽtũ quod ipſe facit in cõmen. 5. vbi difficultat ſecundam quæſtionem de vnitate intellectus: in quo dicit, quod ſi vnus eſt omnium intellectus tunc tu eſſes per eſſe mei, & ego eſſem per eſſe tui: & quod homo non eſſet generabilis inquantum homo: ſed inquantu m animal euidenter demonſtraret: ſi ipſe tenuiſſet intellectiuam animam eſſe formam intrinſece conſtituentem hominem: & illud maximo argumento eſt quod Commenta. in illo commẽ. non ſoluit iſta argumenta: quia iam ſolutionem patuiſſe ſupponit ex his: quæ declarauerat in illo commen. & eſt quod anima intellectiua nõ dat eſſe formaliter & intrinſece homini: ſed aſsiſtit ſolum: ſicut motor mobili: vt nos infra declarabimus de intentione eius. Aliter enim diminutus fuiſſet: ſi ipſe tenuiſſet oppoſitum: quia argumenta iſta ſunt in ſimili caſu contra Platonem: & ſi contra Platonem demonſtrant demõſtrabunt & cõtra ipſum. Confirmatur: quia tertio cæli commen. 61. principia propinqua rerum corruptibilium ſunt corruptibilia: ſi igitur anima intellectiua eſſet forma dans eſſe homini formaliter: tunc eſſet propinquum & immediatum principium per quod homo eſt homo: & ita eſſet corruptibilis. Et ideo Commenta. videns hoc dixit tertio de anima commen. 33. quod homo non eſt generabilis & corruptibilis: niſi per virtutem cogitatiuam: quia iſta ſecundũ ipſum eſt forma per quam homo intrinſece & formaliter eſt homo. Amplius homo eſſet in duplici ſpecie ſi haberet duplicem formam ſubſtantialem in eſſe perfecto: ſic arguit Commentator contra Auicẽnam tertio cæli commento. 67. ponentem formas ſubſtantiales elementorum formaliter in mixto remanere. Nec valet ſi dicatur quod homo per animam cogitatiuam non eſt in ſpecie ſed in genere: ſed per animam

animam intellectiuam homo eſt in ſpecie. Contra quia iſti quorum D
iſta eſt poſitio:tenent ſicut tenendum eſt de mente Commen. eſſe vnam
& eandē formā per quā aliquid eſt in genere & ſpecie: ergo ſi per cogi/
tatiuā homo eſt in genere erit etiā & in ſpecie. Amplius ſi anima intel
lectiua eſſet forma dans eſſe formaliter homini ſecundū Cōmē.ſequeretur
ꝙ nō eſſet idē agēs diſponēs materiā & inducens formā cōtra ipſum.7.
meta.cōmen.31.Probaſ aūt ſequela.nā in inſtanti generatiōis in quo ho
mo habet primū eſſe hominis : oportet ibi eſſe animā intellectiuā.aliter
enim homo eſſet homo ſine forma ſua ſubſtātiali per quā eſt formaliter
homo:quod implicat cōtradictionē:ſicut implicat albū eſſe ſine albedi/
ne.Quæro igitur in illo inſtanti an virtus informatiua quæ eſt in ſemine
attingat animam intellectiuā:vel non:primū dari nō poteſt : quia anima
intellectiua non eſt in poteſtate agentis naturalis:quia ab extrinſeco ad/
uenit teſte philoſopho in.2.de generatiōe animalium.cap.3.&.12.meta.
tex.commen.17.ſi enim conſequeretur tranſmutationem: tunc eſſet ge/
nerabilis & corruptibilis:ſic arguit contra Platonem philoſophus &
Commen.7.metaphy.31.omne mixtum cum materia fit a mixto cū ma
teria:quod ſi dicas aliud eſſe diſponens:& aliud eſſe inducens formam:
tunc conſequentia contra Auic.facta nulla eſt.Forte dices ꝙ ratio Cō/
men.contra Auicennam procedit de formis eductis de potentia mate/ E
riæ qualis non eſt anima intellectiua. immo in talibus non inconuenit
aliud eſſe diſponens : & aliud inducens : ſicut colligitur ex intentione
eius.primo phyſi.commen.62.vbi habet quod non ceſſant partes ſper/
matis recedere & fieri partes hominis : & hoc ſi forma humana recipit
partitionem:ſi vero non:iſtud neceſſario erit in diſpoſitionibꝰ proprio/
rum accidentium formæ generatæ.Sed contra hoc nō euadit:quia quā/
tumcunqꝫ forma non acquiratur partibiliter: ſed duæ diſpoſitiōes par/
tibiliter acquirantur : propter hoc tamen non ſequitur quod aliud ſit
diſponens materiam:& aliud ſit inducens formam: nec valet cauillatio
tua data : quia a pari Auicen. diceret ad argumenta eius quod ſi formæ
quas ipſe ponebat aduenire materiæ ab extrinſeco motore eſſent edu/
ctæ de potentia materiæ bene inconueniret aliud eſſe diſponens mate/
riam & aliud inducens formam:modo ſecundū Auicen. omnes iſtę for/
mæ ſubſtantiales rerum materialiū ſunt a datore formarū infundēte eas
in materia diſpoſita per agēs naturale. Præterea, incōuenietia illa quę
adducit Cōmen.ibi æque procedūt de forma educta:ſicut de forma nō
educta:& econuerſo. Amplius accideret animā intellectiuam moueri
localiter ſaltē ꝑ accidēs:quod Commē.habet pro inconuenienti de quo/
libet abſtracto:patet conſequentia : nam motis nobis mouentur omnia
quæ ſunt formaliter in nobis:ſi igitur anima intellectiua eſt forma ho/
minis.igitur mouebitur ad motum formati:quia non poteſt ſine implica
tione contradictionis intelligi aliquam eſſe formam dantē eſſe:& quod
formatum moueatur:& ꝙ ſua forma nō moueatur ſaltem per accidens.
Sed dicebat dando inſtantiā de polis mūdi:qui ſunt formaliter & actua
liter in orbe:& tamē orbe moto ſunt ſimpliciter immobiles tā per ſe ꝙ̄
per accidēs:ſed cōtra quia quies polorū eſt trāſumptiua : & nō eſt vera
quies:ſed hoc quod dicunt mathematici polos quieſcere eſt ad imagina
tionem:ſicut ſunt propoſitiones mathematicorum : ſed naturaliter hoc

non eſt verum:ſicut expreſſe dicit Commen.in.2.cæli.cõ.16.& 4.phy. commen.118.quæſtio autem implicet cõtradictionem: ego ſic deduco: nã ſumpto hoc homine:quæro an in illo loco in quo eſt ipſe ſit ſua forma per quam ipſe eſt homo vel non eſt:ſi ſic:habeo intẽtum: quod eſt in loco per accidens:quia locatur ad locationem totius.ſi nõ eſt in illo loco:tunc igitur ibi erit homo ſine ſua forma ſubſtãtiali per quam homo eſt homo:nec poteſt dici ꝙ anima intellectiua ſit in loco per operationem:quia operatio eius non eſt mouere ſecũdum locum: ſed intelligere. licet enim intellectus practicus concurrat:vt dicitur in tertio de anima. ad motum progreſsiuum.tamen illud quod exequitur motum eſt a cauſa cogitatiua mediante virtute motiua quæ eſt in membris. Et ideo poſito ꝙ Plato quieſcat a motu progreſsiuo quærẽdum eſt:vt prius:an illo loco in quo eſt Plato ſit anima intellectiua in quo eſt Plato:aut non:& deducatur vt prius.

F Amplius ſi anima intellectiua eſt formaliter vnita corpori ſecundum eſſe:ſequitur operationem eius:quæ eſt intelligere eſſe ſignatam & materialem patet ſequela:quia non poteſt eſſe operatio propria alicuius forme magis abſtracta:ꝙ ſit eſſentia a qua ꝓuenit operatio.ſi igitur anima intellectiua eſt forma in materia ſecũdum eſſe:ergo & intelligere. Confirmatur:quia tertio de anima.text.comment.4.demonſtratur intellectum poſsibilem eſſe abſtractum ſecundum eſſe a materia:& non eſſe corpus:neq; virtutẽ in corpore. Forte dices quod Ariſtoteles & Commen.demonſtrant intellectum eſſe ſeparatum a materia ſecundum eſſe ad hunc ſenſum: quia videlicet,:non ſit virtus educta de potentia materiæ.Non autem quin ſit forma dans eſſe materiæ: ſed

G contra hoc non poteſt ſtare ſecundum expoſitionem & viam Commentatoris.Nam tertio de anima.commen.5.deridet Alexandrum tenentem actum poſitum in diffinitione animæ vniuocæ dicit:& ideo tenuit animam intellectiuam ſecundum quod ſibi imponit Commentator eſſe formam eductam de potentia materiæ: quia actus & finis & perfectio conuertuntur:ſi igitur omnis anima eſt actus corporis: ergo nulla eſt a corpore ſeparabilis.Commenta.autem dicit quod actus poſitus in diffinitione animæ dicitur æquiuoce: oportet autem ſi ipſe intendit Alexandro contradicere:vt ipſe ſumat actum æquiuoce dictum modo oppoſito quo Alexan.ſumebat ipſum vniuoce dici:ſed Alexand. omnem animam appellat actum pro quanto quælibet anima ſecundum ipſum eſt perfectio & finis corporis:hoc autem non competit animæ inquantum eſt educta de potentia materiæ: quia vt ſic conſiderata forma potius eſt cauſata a materia in genere cauſæ materialis quam quod ſit cauſa eius.ſi igitur anima eſt actus: eſt pro quanto quælibet ſecundum eſſe vnita eſt materiæ:ergo ſecundum Auer.ſi menti Alexan. vult obuiare nõ omnis anima eſt actus vniuoce dictus:quia non omnis dat eſſe: quia anima intellectiua ſecundũ ipſum eſt actus vtens corpore:non perficiens corpus: ſicut etiam Simplicius dicit.in.2.de anima in expoſitione illius diffinitionis.

H Et confirmatur auctoritate Commen.2.de anima.com.22.vbi habet hæc verba.ex ſermonibus prædictis manifeſtum eſt ex diffinitione animæ:quod aliæ partes animæ non ſunt abſtractæ. Et reddens cauſam huius dicit,declaratum eſt enim in vnaquaq; iſtarũ ꝙ eſt perfectio corporis organici:perfectio enim eſt finis & cõplementũ perfecti. Finis

autem

autem non ſeparatur a finito:vnde neceſſe eſt vt illæ ſint non abſtractæ:
ecce manifeſtũ locũ in quo Commen. declarat qualiter actus poſitus in
diffinitione animæ ſit æquiuoce dictus. Nam vult animam vegetatiuam
& ſenſitiuã eſſe corporis organici perfectionẽ. Et ideo non eſſe ſepara-
bilem a corpore:quia finis & complementũ nõ ſeparatur ab eo:cuius eſt
finis:manifeſtũ eſt autem ſecundum ipſum Auer. tales formas non habe-
re rationẽ finis & cõplementi reſpectu corporis organici: niſi pro quan
to dant eſſe:non quia ſunt eductæ de potentia materiæ: quia vt ſic poti9
dicuntur conſtitutæ in eſſe per ſubiectum apud ipſum ſecundũ iſtam ra-
tionem:materia enim eſt cauſa formæ.2.phy. 30.cõ. pro quãto ſuſtẽtat
eam:ſed forma appellatur perfectio & finis materiæ pro quanto ipſa eſt
cauſa materiæ dans eſſe ſibi:vt ibi videt. Ergo ſi anima intellectiua eſt
ſeparabilis a corpore:oportet ipſam nõ eſſe perfectionẽ & complemen-
tum organici corporis per informationẽ & vnionẽ formalẽ:ſed dicebat
ꝙ forma quælibet dicit ab informãdo: ſi igitur anima intellectiua apud
Auer. dicitur forma hominis: igitur dat eſſe formaliter homini. Et iſta
ratione innixi dicunt etiam intelligentias dare eſſe formaliter orbibus:
ſed nos contra hos fecimus prolixam quæſtionem de triplici cauſalita-
tæ intelligentiæ in annotationibus noſtris contra Ioannem de iamduno
ſuper ſua meta. ſed pro nunc volo de intentione Auer. luce clarius oſtẽ-
dere non omnem formam eſſe per informationem dictam. Nam Com-
men. 12. meta. commẽ. 37. habet ꝙ perfectionum propter quas mouetur
perfectum:quædam ſunt qualitates quibus perficitur illud quod moue
tur:vt illud quod mouetur propter ſanitatem. Et quædam ſunt ſubſtan
tiæ extrinſece a re quæ mouetur ad eas:vt aſsimiletur eis: vt ſunt actio-
nes omnes ſeruorum:quæ [illegible]iam ſunt erga genera intentionũ domini ſui:
hæc Commen. Amplius ſi omnis forma eſſet informans fruſtra igitur I
philoſophus quæſiuiſſet in. 2. de anima in. t. cõ. 11. an anima ſit act9 cor-
poris:ſicut nauta nauis. Confirmatur. nam Cõmen. 2. de anima. ſuper
tex. com. 21. vbi philoſophus loquens de intellectu dicit ꝙ videtur eſſe
alterum genus animæ: habet ꝙ anima intellectiua nõ dicitur anima niſi
æquiuoce:& rectius dicit de ipſa ꝙ ſit nõ anima. Et ſeipſum declaran-
do in eodẽ ſecũdo de anima. cõ. 32. decebat animã intellectiuã eſſe de na
tura ſuperiori natura animæ:pro quo debes ſcire quod ordo entium eſt
iſte. natura:anima:intelligẽtia:& de9. Natura eſt inferior anima:& ani-
ma inferior ad intelligentiã:intelligentia aũt inferior deo. vnde Cõmẽ.
in libro deſtructio deſtructionũ. diſputatione. 11. in ſolutione primi du-
bij, inquit, Et id quod ipſe dixit nomine philoſophorũ, videlicet ꝙ id
quod procedit ab ipſo deo procedit modo naturæ:falſum eſt:immo di-
cunt peripathetici ſecundũ veritatem loquẽtes ꝙ entia procedũt ab eo
altiori modo ꝗ̃ ſit natura:& ꝗ̃ ſit humana volũtas. Scias etiã apud ara-
bes animã ab animando dictã:vnde Aui. loquens in. 9. ſue meta. cap. 4.
de aĩa imaginatiua orbis quæ ſecundũ ipſum non erat educta de potẽtia
materiæ ſed ſolum creata ab intelligentia vnita tamen formaliter ſecun
dum eſſe. inquit hæc verba. Nos aũt iam oſtẽdimus ꝙ aĩa vniuſcuiuſ ꝙ
cæli eſt eius perfectio : & eius forma:nec eſt ſubſtãtia ſeparata alioquin
eſſet intelligentia nõ aĩa. a pari dico ꝙ ſi anima intellectiua apud Auer.
dicit melius nõ aĩa:hoc nõ eſt propter aliã cauſam:niſi quia nõ eſt vnita
ſecundũ

ſecundum eſſe dans perfectionẽ corpori formaliter: vt iſti ſibi imponunt.
Amplius Commen. vult. 3. de anima. cõmen. v. xix. & xx. animã intellectiuam primo vniri homini ſecundũ ſpeciẽ quã homini ſecundũ indiuiduũ: hoc autẽ non eſſet: ſi anima eſſet forma dans eſſe formale homini: qa
L actus & generationes omnes ſunt ſingularium ex proœmio meta. Amplius Commen. 3. de anima. cõmen. 5. tenet animã intellectiuam non vniri homini niſi mediantibus phantaſmatibus: homo autem phantaſiari incipit quãdo deuenit ad diſcretionis annos: hoc autẽ non eſſe: ſi ipſe tenuiſſet animã intellectiuam dare eſſe formaliter homini: quia tunc a principio vniretur ei: quia nullum formatum poteſt eſſe ſine ſua forma intrinſeca: etiã per diuinã potentiam vt noſtri theologi dicũt: cum non poſſit
M deus vicem cauſæ intrinſecæ ſupplere. Et cõfirmatur. nam ſi teneamus animã cogitatiuam eſſe in homine: & teneamus animã intellectiuam eſſe vnam intelligentiam numero ſeparatã & æternã omnia ſaluari poſſunt: qꝫ homo nõ habeat animã iſtam intellectiuã: niſi poſt annos diſcretionis: qa homo oẽs operatiões vitales & naturales. & aĩales habere põt ſine anima intellectiua: quia anima cogitatiua ſecundũ Auer. omnia iſta ſupplere poteſt: ſi igitur anima intellectiua ipſi homini vnitur nulla alia eſt neceſſitas niſi propter intellectionem: ſed intellectio non requirit formalem vnionem cum corpore ſecundũ Auer. quia potius iſta vnio impedit: vt diximus: intelligere enim non fit mediãte organo corporeo: quare igitur coguntur ponere de intentione eius animam iſtam corporis organici actum eſſe intrinſecum: non video vnde iſti ſunt medij inter Auer. & chriſtianos. volunt enim tenere vnitatem intellectus cum Auer. & volũt eam defendere cum principijs chriſtianorum: & iſta non poſſunt ſtare: qa ex oppoſitis principijs ſequunẽ oppoſitæ concluſiones. Erubeſcãt ergo mendacio velle tueri vnitatem: intellectus imponendo ei illud quod nõ dixit. Sed potius dicant ipſum mentitum fuiſſe: ſicut rei veritas eſt: quã noua figmenta & monſtra parere in via eius. Nam vt luce clarius patet: non minora inconuenientia ſequuntur contra hoc quod dicunt quã cõtra vnitatem intellectus: & illud maximo argumento eſt: quod omnes latini noſtri: ſicut Albertus cognomento magnus: qui opinionum arabum & præcipue Auer. fuit fideliſſimus interpres. Et beatus doctor: inſuper ſubtiliſſimus Scotus ac Egidius romanus: quorum iſti non ſunt digni ſoluere corrigiam calciamenti voluerunt Auerro. ſententiam fuiſſe animam intellectiuam non eſſe formam ſubſtantialem hominis: taceo Gregorium ariminenſem Ioannem de gandauo: Caietanum & Paulum venetum & multos præclaros Auerroiſtas ex viuentibus qui tenuerunt hãc fuiſſe Auerrois ſententiam, ſed vt dixi etiam iſti bene intrinſecus deueniunt ad hoc: ſed volentes euitare inconuenientia contra vnitatem intellectus deueniunt ad hoc: vt dicant animam intellectiuam: & ſi vnica ſit: ipſam tamen dare eſſe aſſueuerant. Aliter enim nõ poſſet homo intelligere per aliquod principium ſeparatum. Et ideo propoſitũ noſtrũ fuit declarare oppoſitũ de mente eius: vt ab ipſa tandem veritate coacti nullo pacto defendãt vnitatẽ: immo potius fatuitatẽ intellectus. Ad formã
N igitur contradictionis dicamus qꝫ Commen. ſeipſum declarat quomodo eſt anima intellectiua forma hominis in iſto com. 38. quia dicit, qꝫ eſt forma inquantum eſt agẽs nos, quia intelligẽtiæ abſtractæ duobus modis

dis ſunt principia eorum quorum ſunt principia, & ſecūdum quod ſunt
mouentes, & ſecundum quod ſunt finis, eſt igitur forma non perficiens
intrinſece ſecundum ipſum: ſed extrinſece tātum & ideo appellat Com/
men. etiam formas abſtractas poſtremas perfectiones & non primas re/
ſpectu orbium. ij. metaphyſi. commen. vltimo. & anima intellectiua re/
ctius apud ipſum dicitur actus ſecundus quam primus, ſicut poteſt colli
gi ex commen. 5. ſecundi de anima. & ex commento. 5. tertij eiuſdem.
In com. 39. habet Commentator ꝙ intellectus diuidit materiam a for Comm. 39.
ma. oppoſitum patet primo phyſi. 69. & . 4. phy. 16. & primo capitu. de 14
ſubſtantia orbis vbi dicitur quod impoſsibile eſt intelligere materiam O
abſq; forma. Soluitur. quicquid intelligitur, intelligitur ſecundum ꝙ
eſt in actu, & cum materia non ſit in actu niſi propter formam, ideo ma/
teria intelligitur per formam: nam cum materia ſit purum potentiale, ca
ret de ſe principio formali quo aliud cognoſci poteſt. Et ideo dixit phi
loſophus in. 7. metaphy. in tex. com. 35. quod materia ſecundum ſe igno
ta eſt. Intellecta autem ſic materia in primo intellectus occurſu poteſt
intellectus diuidere materiam a forma, & intelligere materiam non eſſe
formam, nec aliquam habens formam, & iſto modo conſiderata materia
non habet eſſe extra animam, quia non poteſt ſecundum ipſum. ij. phyſi.
commen. xij. exiſtere ſine forma, quia tunc quod non eſt in actu eſſet in
actu: ſed ſolum vt ſic habet eſſe in anima, & eſt ens rationis, vt dixit Cō
mentator. xij. metaphyſi. commen. 14. pro quanto vt ſic ſolius ratio/
nis poteſt eſſe obiectum, non autem naturæ vel agentis ntauralis quia
ſi materia extra animam eſſet ſine omni forma, non poſſet aliquam re/
cipere in actu, vt ſcribit Commenta. in. 8. phyſi. commento. 4. ſicut pa/
tet qualiter intellect⁹ materiam a forma diuidere poteſt, & in quo actu,
& qualiter non.
Auer. in com. 41. duodecimi metaphy. habet quod in cælo nulla eſt Cōmen. 41.
alia potentia niſi ad quietem. oppoſitum patet per ipſum. 6. phyſi. com. 15
15. & . 7. phyſi. commen. ij. & nono metaphy. com. & textu. 17. vbi dici/ P
tur quod non eſt timendum quod corpora cæleſtia ſtent. Magna fuit
magnifice domine altercatio inter nos hoc anno in exercitationibus &
diſputationibus quas habuiſtis vos nobiles inuicem. Et magnificus ac
perfectiſsimi iudicij dominus Gaſpar contarenus amiciſsimus tuus, &
ſtudiorum meorum collega dubitauit acutiſsime contra Commentato/
rem in præſenti paſſu. Nam dictum eius quod in cælo non eſt potentia
ad corruptionem, ſed ſolum eſt in potentia ad quietem: aut hoc in/
telligitur de cælo inquantum cælum, aut hoc intelligatur de cælo
inquantum corpus: ſi de cælo inquantum cælum, hoc eſt falſum,
quia per ipſum Commen. ij. ſeptimi phyſi. cælum inquantum cælum
non poteſt quieſcere. Si vero dicas quod dictum Auer. intelligitur
de cælo inquantum corpus, tunc nulla vt ſic eſt differentia in di/
cendo cælum eſſe in potentia ad quietem, & dicere ipſum eſſe in
potentia ad corruptionem: quod ſi forte dicas cælum inquantū corpus
poſſe corrumpi, cælum autem inquantum cælum poſſe quieſcere, tunc
cōparatio erit in æquiuoco, ſimiliter vt dictū eſt tūc Cōmētator cōtra/
diceret ſibijpſi, quia ipſe minime vult cælū inquantū cælum poſſe quie
ſcere. Argumentū eſt ſatis difficile, ſicut vides, ſed vt mihi videtur dici
poteſt

poteſt ꝙ cælum poteſt ſumi tribus modis, vt ſcribit Commentator in primo cæli. com. 76. & 96. vno modo pro orbe qui mouetur, alio modo pro toto aggregato ex omnibus orbibus, quod vt ſic animal magnũ dicitur. & dicitur etiam cælum aggregatum ex intelligentia & orbe. Tunc dico ꝙ cælum pro orbe tantum non habet potentiam ad corruptionem inquantum orbis talis eſt, quia eſt corpus ſimplex carens materia, licet inquantum corpus abſolute, vt ly corpus dicit aliquid indifferens ad corpus generabile & æternum poſsit corrumpi potentia logica, quæ nihil aliud eſt, niſi non repugnantia quædam, & nõ implicatio contradictionis cauſata ab intellectu ex terminorum rationibus, inquantum non repugnant. Cælum autem pro orbe tantum, poteſt quieſcere, & inquantum corpus, & inquantum cælum, quia ſucceſsio & fieri motus non dependet in eſſe, niſi ab ipſa intelligentia tanquam a cauſa extrinſeca totaliter cauſante entitatem motus ſicut dicit Commenta. in præſenti com. Et ideo cælum pro orbe ſumptum quod ſit in motu non habet a ſe hoc, ſed ab ipſo motore, ideo vt ſic etiam ſolitarie conſideratum abſq; intelligentia non implicat contradictionem ipſum poſſe eſſe in quiete. Et iſto modo ſumpſit cælum Commentator hic dum dixit cælum non habere aliam potentiam inquantum cælum ſic ſumptũ, niſi ad quietem, quia vt ſic non habet potẽtiam ad corruptionem, vt dictum eſt. Sed. 7. phy. commen. 1. & 6. phyſi. 15. Et nono metaphyſi. tex. commen. 17. quando dicitur cælum non poſſe quieſcere inquãtum cælum, ibi ſumitur cælum pro aggregato ex intelligentia & orbe, quid vt ſic ſtat ſub motore, & vt ſic non poteſt non moueri, quia ibi non eſt cõtingentia, quia eſſe a poſſe non differt in talibus, tamen inquantum corpus tale cælum conſideratum non repugnat ſibi quies, quia tunc cuilibet corpori repugnaret quies, quod eſt abſurdum. argumentum igitur ex æquiuocatione cæli procedit, quia aliter ſumitur cælum ibi & aliter hic, ſicut patet ex declaratis. Et ſic ſit finis omnium ſolutionum ad contradictiones Auer. ſuper tota philoſophia naturali, & ſuper tota metaphyſica ad laudem omnipotentis dei & glorioſiſsimæ virginis, in quibus ſi quid dictum eſt, quod a veritate fidei noſtræ diſſonare videtur, illud ex philoſophorum mente & Auer. cuius nos interpretes fuimus dictum ſit. Ego autem in omnibus romanæ eccleſiæ me ſubmitto pro veritate fidei noſtræ pro qua bis patiar mori, pro qua bis moriar libens.

Expliciunt ſolutiones cõtradictionum Auer. ſuper tota philoſophia naturali & ſuper tota metaphyſica, editę per ſolertiſsimum philoſophũ Marcum Antonium zimaram de ſancto Petro de galatinis philoſophiã naturalem paduæ publice profitentem: quæ impreſſæ ſunt apud Theobaldum Paganum. M. D. X L I I.

REGESTVM.

Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll.
Omnes ſunt quaterni.